



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

Phil
5010
2

WIDENER



HN NRQW J

Phil 5010.2

HARVARD COLLEGE LIBRARY




FROM THE
George Schünemann Jackson
FUND

FOR THE PURCHASE OF BOOKS ON
SOCIAL WELFARE & MORAL PHILOSOPHY



GIVEN IN HONOR OF HIS PARENTS, THEIR SIMPLICITY
SINCERITY AND FEARLESSNESS



De
**præcipuis Philosophorum recentioris ævi
Logicam tractandi rationibus**

Dissertatio Historico-Critica.

Quam

Consentiente Ampl. Ord. Philos. Lundensi

p. p.

JOHANNES AUG. AHLANDER,

Philos. Mag.,

et

ABRAHAMUS RUNDBÄCK,

Smolandi.

P. I.

In Acad. Carol. die xi Junii MDCCCXLIX,

h. a. m. s.

**Lundæ,
typis Berlingianis,
MDCCCXLIX.**

✓ Phil 5010.2

HARVARD COLLEGE LIBRARY

JACKSON FUND

Sep 30, 1927

D

Ohne eine richtige An- und Einsicht von der Philosophie, von ihrem, in dem Selbstbewusstsein der Menschheit ruhenden, festen Grunde und innersten Wesen, von ihrer unzertrenlichen, lebendigen Einheit, von der frischen lebendigen Bewegung des menschlichen Geistes; ohne diese An- und Einsicht ist auch keine Einsicht in das wahre Wesen der Logik möglich, da die letztere eine Bewegung ist, vermöge welcher der menschliche Geist aus der Tiefe seines Urzustandes herauf tritt, und sich nach einer Seite hin manifestirt, als das sich selber philosophisch vermittelnde Denken.

Umbreit.

Omnia tempus permutat, neque eadem nunc, quæ olim, humanarum ratio rerum; legi enim, cui subjecta est omnis evolutio humana, convenienter omnino fit, ut lites et discordiæ nascantur, ex quibus, ordine rerum dissoluto acerrimæ saepe pugnae pugnandæ sint, priusquam vera pax et unitas oriri possit. Hanc evolutionis legem sequitur non minus homo individuus, quam totum genus humanum; valet hæc, lex non in vita sociali tantum, sed in campo etiam scientiarum et artium. Quo præstantioris indolis est pax, cujus obtinendæ causa dimicatur, eo gravior pugna necesse sit; quoque magis supra sensus evectæ sunt res, de quibus pugna exsti-

terit, eo plures, eo acriores pugnatōres in arenam descendere videmus. Hanc ob causam gravissimæ sunt pugnæ, quæ ab homine individuo in corde suo sunt pugnandæ ut ibi pacem conciliet, et in harmonia vivat cum Deo semet ipso et toto mundo externo, eæ, quas pro libertate defendenda gerunt civitates. Sic etiam in campo scientiarum ea dissidia esse acerrima necesse est, quæ orta sunt de præcipuis objectis cognitionis humanæ, de Deo scilicet, hominisque ad eum relatione. Quam quidem relationem Theologiæ est fuitque exponere. Et in hoc eodem, constat, Philosophiam cujusque ætatis verti cardine. Variis rem a Philosophis expositam invenies verbis, variamque indigitam esse methodum, qua clare et distincte percipi posset. Quæcumque enim sint, quæ humanam naturam aut constituere censentur uti corpus ejusque sensus, anima ejusque cogitationes, aut circumscribere, ut universum externum ejusque res innumerabiles, ea certe eorum est multitudo, varietas et perturbatio, ut nullo modo ex eorum tricis sese expedire, omnem suam vim ultro citroque exserere, genuina sua potentia valere, verbo, sui compos fieri possit homo, nisi aliquid habeat pro principio, ex quo veram suam vitam, spiritualem nimirum, dense incipiat et ordiatur. Quo altius vero recedit in requirendo primordium illud rerum et sui ipsius, eo arctius implicari videbit omnia fila et stamina, quæ texturam illam, quam naturam vocamus, efficiunt, donec ita in glomus abierint, ut nulla vis videatur eadem posse enodare.

Unicuique igitur, mentis humanæ indolem accuratius perscrutanti et universam vitæ scenam contemplanti, se spectandam præbet continua, sibi invicem oblectantium pugna principiorum, quorum alterum hominem totum quantum in exiguo phænomenorum, quæ experientia exhibet, gyro inclusum et ab omni cum ideis sublimioribus commercio sejunctum, nihil, nisi quod finitum et caducum est, moliri patitur, alterum vero in nobiliori illo cernitur desiderio, numquam exstinguendo, quod animum humanum usque sollicitat et impellit, ut extra istos experientiæ et phænomenorum sensibus oblatorum cancellos egressus, æternum aliquid et Divinum, atque eidem respondentem ordinem rerum præstantiorem perfectioremque vel disquirendo iaveniat et contempletur, vel etiam ipse, quantum homini concessum sit, in hoc mundo sensibili summa virium contentione fingat et efficiat. Et hocce nisu ideali vitalem accipiunt vim singula culturæ nobilioris elementa, quæ, diversis licet viis, omnia tamen ad eam, quæ intimis velut animi humani recessibus abscondita latet, æterni et absoluti ideam, vel clara et distincta notione concipiendam vel obscuro saltim sensu exprimendam, vel imagine tandem sensuali adumbrandam, amice conspirant. Scilicet ea, quæ menti religiosæ in singulis mundi externi vitæque humanæ phænomenis Divinitatem manifestam miranti et ad conjunctionem cum Deo nitenti, observatur; ea, quam agendo exprimit omnis vera moralitas; ea denique, quam Artifex, vi creatricæ ingenii ductus, per imagines symbolicas ipsis sensibus externis conspicuam

exhibet, idea nulla alia est, nisi ea ipsa Absoluti idea, quam Philosophus ex ipsis velut conscientiæ penetralibus erutam, ad Systema, partes omnes in modum totius cujusdam organici connexas, comprehendens, adhibet exstruendum.

Speculationis illius, qua hanc menti observantem ideam distincta notione exhibere, eidemque tamquam principio scientiæ universæ systema superstruere ab antiquissimis inde temporibus continuo labore conata est reflexio philosophans, multas variasque fuisse formas, in confesso est. In hac vero tanta systematum varietate et vicissitudine in primis memorabilis nobis occurrit, quæ universam Philosophiæ Historiam pervadit, formis ipsa continue novis reviviscens, oppositio Realismi et Idealismi. Cujus quidem oppositionis plenissimam enunciationem hanc esse judicamus, qua Absolutum, a relativis ceteroquin, quantum fieri possit, prædicatis sejunctum, vel solo Realitatis vel solo Idealitatis characterem exprimitur. Oritur vero sic ab altera parte istiusmodi Realismus, qui Absolutum ita vult definitum, ut sit Absolutum Esse, æterna rerum essentia et substantia, vel omnis differentiæ expers identitas, cujus non nisi accidentia vel diversos existendi modos ea, quæ experientiæ cum internæ tum externæ data sunt, phænomena repræsentant; ab altera vero parte istiusmodi oritur Idealismus, qui absolutum tamquam mere ideale exhibet, id est, tamquam agere purum, vel absolutam Subjecto-Objectivitatem, cujus per potentias inferiores et altiores progrediens evolutio constituit universum. Utraque vero

Philosophia, quæ, altero rejecto, alterum solum amplectitur ideæ Absoluti exprimendæ modum, si sibi ipsa constiterit, nec a principiis suis declinaverit, rationi multis nominibus adeo repugnabit, ut, his perspectis erroribus, ab utroque contemplandi loco ad altiolem, in quo oppositæ Systematum oppositorum difficultates solvi queant, occupandum necessario impellatur reflexio. In rerum ordine scilicet si principium illud substantiale atque absolutum ponamus, idem, diversa jactura labefactum, mox nobis est relinquendum. Primum singulum quodque objectum, id est, omne quod ut extraneum intelligentiæ sese offert, ita cum alio quodem, immo cum tota objectivitatæ serie conjunctum et conglutinatum est, ut ab hocce alio, sive causam realem, sive idealem etiam conditionem atque rationem videatur mutuatum esse omnem. Sic in objectis singulis finitis, si vel infinitam seriem percurreris, nusquam invenies Absolutum. Deinde neque ipsa infinita rerum series pro absoluto haberi protest, quia ipsa, etsi infinita, tamen finiti solum negatione determinata, finito vel, si malueris, finitis constat, et hoc ipsum finitum pro sua conditione et hypothesisi habet. At objectum etiam ipsum in se simpliciter consideratum, relicta omni finiti et infiniti abstractione, non nisi subjecti, ad quod sese semper refert, oppositione concipitur, speciemque igitur tradit relativi, minime vero absolutam essentiam. Omnibus, quæ, respectu intelligentiæ humanæ, externi atque alieni formam induunt, perlustratis, cum sic generalis eorum formula: Objectum, qua totaliter concipiuntur, in

aliam transeat sibi ex diametro oppositam suique negativam, Subjecti voce comprehensam, intelligentia subjectiva, necesse est ut in hoc objecti transitu, transeat ipsa, objectivam seriem relinquens, in seque sese recipiat. Ita in locum objecti evanescentis, vel potius omnino vani, se ipsum constituens subjectum, non nisi, si ipsius formam intuetur. Prima vero forma subjectiva est, quam theoreticam vocant, objecti imperium patiens — ex quo nomen ipsum subjecti, — ipsa rursus sicut tripartita, vel potius forsitan triplicata haberi potest, ut 1) sensus sive intuitus objectum habeat præsens 2) imaginatio imagine conformi illud repræsentet, 3) intellectus denique signis factitiis idem illud sua sponte foveat et tueatur, quorum signorum iterata cogitatio liberum vocatur cogitare. Objectum jam, has subjectivas formas permeans, si quid retinuerit substantivæ essentialiæ, hoc omnino perdet, cum liberum illud cogitare cogitando vere et per se concipitur. Hac scilicet conceptione pura, ratio, omni genitrici naturali dissimilis, ex se sola ipsa sese sola parere videtur, atque libertate ex servitute, qua objecto erat obnoxia, sibi vindicata, alteram et quidem sic dictam practicam subjectivæ formæ speciem præ se ferre incipit autonomia insignem. Solum ipsum sive Solipsismus est fructus, quem matura ratio subjectiva, ipsa se excolens, producit; qui in se consideratus uti subjectivi processus simul vis movens et productum, purum profert Ego, cassam illam Idealismi recentioris nucem; ad objectum autem relatus, cum non sit nisi huius objecti evanescentis et quidem

vani locus, itidem est forma ignis, quæcumque ceteroquin ejus sint species.

Omais igitur ratio, verum atque absolutum essendi principium proprio Marte investigans, sic, ut supra vidimus, decurrit. Ex originali et immediata vita, quam sine studio et desiderio ullo degerat, elapsa, propriam capessens essentiam, mox vero fissuram hinc ortam objectivitatis et subjectivitatis deprehendens, quasi captationis illius se poenituerit, primum in objecta ratio sese demergit, vitæ principium ibi requirens, deinde vero, retractantibus his cum non sint nisi rationis abstracta, vel aliis verbis, cum ratio jam ab ipsis sese abstraxerit, in se reflexa nihil sibi vindicat nisi persuasionem de Absoluti renisu suaque ipsius ab hoc reflexione. Oritur jam Scepticismus. In quo cum nihil habemus quod pro vero teneamus aut a quo ipsi teneamur, universum quasi ante oculos nostros, perduto absoluto suo principio, corrui, sublimia infimis æquantur, sacra profanis commiscentur. Qui, redactis in nihilum omnibus, quæ vitam sustentant et alunt, hæc certe unacum salute nos privaret, si vocibus etiam significationem non demisset omnem, ut non amplius innotescat, quid vita aut mors, quid salus, quid miseriam. Quæ vero cum ita sint, facile accidit, ut abstractæ a realibus cogitationi ipsique in se reflexæ exaltera parte sensuum cupidines sese opponant, objiciantque sese Epicurismus Stoicismo, Liberalismo, abstractam subjecti libertatem defendenti, servilismus, rationalem persuasionem respuens omnem re-

rumque, catenato ordine qualicumque se retineri passus, disturbance omnium sic promoventes et augentes.

Remanet tamen desiderium principii inveniendi absoluti, et quidem non tam desiderium inveniendi quam potius cura enixissima ejusdem retinendi utpote actualiter præsentis. Ita est Absoluti hujus imago sive idea humanæ naturæ insculpta et cum eadem concreta, ut sine ea non solum non bene vivatur sed nullo vivatur quidem pacto.

Hoc vero studium inexstinguibile a ratione excitatum, ad prima principia et fines rerum ultimas, quoad in intellectu mentis humanæ sese patefecerint, cognoscendas impellens, id ipsum est quod Philosophiam appellamus. Principium igitur et essentiam rerum exploratura, philosophia, quatenus scientia, eatenus scientia est scientiarum, seu rationale fundamentum, sine quæ nil solidi, nil stabile, nil denique certi cuilibet earum inesset. Nam utcumque se habent hæ cunctæ vel humaniores vel superiores disciplinæ, rationalis oportet omnes esse indolis, ideoque ita institutas, ut tum demum pro certa et objectiva veritas uniuscujusque sit statuenda si principii legibusque rationis ipsius, iisque primigeniis et immutabilibus innitatur ¹⁾. At ubi veritas in genere, unica

¹⁾ Vide: Ulrici, Das Grundprincip der Philosophie kritisch und speculativ entwickelt. V Abschn. IV Kapit. — "die Philosophie nimmt den empirischen Stoff nicht bloss auf, sondern im Aufnehmen deducirt sie ihn, streift ihm die Form der Zufälligkeit, des blossen grundlosen Daseyns ab, um ihm die Form der Denknöthwendigkeit, des Begründet-

rerum essentia et substantia, investigetur et demonstratur, non habemus, nisi hoc in peculiari quadam fiat disciplina, quæ naturam simul mentis propriam et puram cognoscere studeat, ne limpidum, quod in nobis ipsis gerimus, mundi cum externi tum interni speculum, nostram per incuriam obscuratum, imagines rerum divinarum humanarumque falsas reflectat. Tale vero sciendi genus, peculiariter rationale, tantummodo in Philosophia invenies, præsertimque in disciplina illa, quam Logices nomine insignitam cognoscimus ²⁾).

und Bewiesenseyns zu geben". Cfr Hegelii verba in Encycl. Band VI §. 13.

²⁾ Hegels W. Wissenschaft der Logik 1 B. Vorrede zur zweiten Ausgabe: Die Philosophie überhaupt hat es noch mit concreten Gegenständen, Gott, Natur, Geist, in ihren Gedanken zu thun, aber die Logik beschäftigt sich ganz uur mit diesen für sich in ihrer vollständigen Abstraction.

De præcipuis Philosophorum recentioris ævi Logicam tractandi rationibus.

*Αὐτὴν δὲ τὴν διαλεκτικὴν ἀναγκαίαν εἶναι,
καὶ ἀρετὴν ἐν εἰδει περιέχουσαν ἀρετᾶς.*

Diogen. Laërt.

I.

De nulla fere omnium, quas amplectitur Philosophia disciplinas, tam varia tamque diversa invalescere cupierunt judicia quam de Logica; idque sive tractandi methodum respicimus sive ipsam disciplinæ universalitatem ³⁾. Alii enim eam nihil nisi empiricam disciplinam, ideoque nullam philosophiæ partem vel philosophicam disciplinam esse voluerunt; alii disciplinam, quæ in ipsam philosophiam introitum panderet eique præiret, quasi *προπαιδειαν* quandam; alii e philosophia pendente indeque deductam formalem tantum disciplinam; alii non formalem disciplinam, sed omnis scientiæ scientiam, in qua quod continetur est cogitatum, quatenus hæc est ipsa res per se, vel quod idem est, res quate-

³⁾ Umbreit, System d. Logik, Einleitung §. 17 Cfr. Harms Abhandlung, von der Reform der Logik, in Jahrbücher für Speculative Philos.

mus hæc est merum cogitatum. Causa hujus de Logica tam varii vagique iudicii in eo sine dubio quaerenda est, quod Philosophorum suo quisque modo ipsum problema Philosophiæ conceperit, unitatem scilicet τὸν Esse et cogitationis, eandemque alius alio modo explicare et solvere conatus sit. Statum jam hujus disciplinæ in eminentissimis recentioris temporis Philosophiæ systematibus describere, quoad inexpertæ adhuc et imbecillæ permiserint vires, conabimur, paucissimis tantummodo de ipsa disciplinæ origine fatisque ejusdem ad recentiora usque tempora præmissis.

III.

Aristoteles, parens Logicæ omni jure dicendus ⁴⁾, jam quo facilius resisteret sophismatibus nugisque dialecticis, quæ suo maxime ævo philosophiam impedirent, vel si fieri posset, eadem penitus tolleret, in animum induxit, ut leges omnis veri ratiocinii exquireret. Adcurata ergo, sed operosissima analysi formas omnes syllogismorum eruit et conquisivit, ut eas secerneret, quæ sibi constarent, neque repugnantiam se ipsæ destruerent. Ratiocinia vero ipsa non ita separatim tractare potuit, ut notiones et iudicia, quibus essent conflata, omnino negligeret, sed ad hæc etiam regredi cogebatur. Aedificio jam exstructo, posterioribus tabulata, quibus in opere tollendo usus erat Aristoteles, rescindere, dein patentiores aditus aperire, immo rem omnem perficere

⁴⁾ Diog. Laërt. Lib. V. Sect. XIII §. 28 et sequi:

et perpolire expeditum fuit. Systema aliquod Logicum sic exsurrexit, neque a ratiocinio, ultima intellectus operatione ad priores regredi jam opus erat, sed a prima, rei apprehensione, progredi, et ipsum facilius fuit et ad docendum promptius et explicatius.

Amplexati postea doctores Scholastici Logicam vel Dialecticam, qualem Aristoteles reliquerat, eandem ad dignitatem supremæ scientiæ evexerunt, eorumque haud pauci scientiarum vim et essentiam definitionibus et abstractis notionibus se jam pridem captasse diu existimarunt, nihilque aliud ad veritatem explicandam opus esse quam recte compositas ratiocinationes judicarunt. Abiit hinc perverse Dialectica in solam fere significationem artis cavillatoriæ vel sophisticæ enormitates varias, specie veritatis animum quidem percellentes, at subjectivæ solum illusioni adscribendas, pro ingenii acumine utcumque producendi. Huic etiam opinioni, factitias nimirum nullibi vero genuinas occurrere repugnantias, Aristotelica ipsa originem debuit Logica cujus vi et ipse Aristoteles et qui ipsius premebant vestigia istiusmodi morbosæ rationis paroxysmis universalem sibi visi sunt attulisse medicinam. Deinde ita conversa est Dialectica in ipsam fallendi artis criticam idem quippe significans ac postea Logica, propriè sic dicta, parsque præcipue fuit hujusce ea, qua præcepta Logica ad fallacias Subjectivas, objectivas enim non esse procerto erat habitum, proponendas et solvendas propriè applicabantur. Neglecta ita et tenebris involuta per longam temporis seriem jacuit vis illa objectiva, qua

primis temporibus viguit atque illuxit Dialectica meditatio.

Philosophiæ vero doctores denique intelligere coeperunt Logicam Scholasticorum non solum non ad veram scientiam amplificandam conducere, sed etiam eidem obstare, tantumque abesse, ut vera sit sciendi ars, et, legibus intellectus illustratis, cogitationi subveniat, ut etiam formulis, quæ omni ad veritatem enodandam vi careant, cogitationem obstringat. Quum itaque Philosophi et imprimis Bacon intellexissent, solam syllogismorum artem ad realem scientiam exstruendam haud sufficere, nonnulli Logicam variis additamentis huic fini magis idoneam reddere coeperunt ⁵⁾. Huc pertinent præcipue Psychologicæ illæ, Metaphysicæ et Anthropologicæ varii argumenti observationes ⁶⁾, quas Logicæ tum immiscere coeperunt, et quæ, licet ad logicam disciplinam revera non pertinere censi possint, tamen ad cognitiones amplificandas majoris momenti fuerunt, quam multa quæ in Logica Scholasticorum occurrunt subtilia. Postquam deinde Cartesius dualismum clare enuntiaverat, omnia, si a Spinozæ do-

⁵⁾ Bacon scilicet Logicam ut Organum quoddam scientiarum tractavit, quæ igitur, qua talis, ostenderet, quonam modo scientia ex activitate mentis et intelligentiæ oriretur, ejusque ad Scientiam Scientiarum relationem definire et exponere conatus est.

⁶⁾ Vide Kants Kritik der reinen Vernunft, Vorrede zur zw. Aufl. et Hegels Werke III Wissensch der Logik I Einleit. p. 36.

etrina discesseris, philosophiæ systemata eum plus minusve secuta sunt, ideoque de cognitionis objectivitate declaranda præcipuam philosophiæ proposuerunt quæstionem. In ea igitur tractanda horum temporum eruditi diversa ratione assiduisque studiis sunt occupati 7); sed enodationem, quæ omnibus satisfaceret dubiis, exhibere non potuerunt. Priorem disciplinam evertit sequens ratio, ipsa mox interitura locumque alii relictura. Crebræ hæ scientiæ mutationes, nimiaque in cognitione humana inconstantia scepsin tandem et in vulgari opinione excitarunt et in sapientum animis; ruinamque Dogmatismo minatæ sunt, in apertam Philosophiæ iaveniendæ vel desperationem vel indifferentiam tandem abitururo. Considerata tum hac Philosophiæ conditione Kautius inductus est, ut eam sibi proponeret quæstionem: An ulla umquam possit existere Metaphysica scientia? Eaque, qua huic quæstioni respondere conatus est dis-

7) Originem et ortum perquirens notionum, Logicam, quoad cogitandi leges exponeret, ut Criterium scientiarum consideravit Locke; Leibnitzius vero, Logicam quidem ut criterium judicans, Scientiam scientiarum ut methodum quandam universalem contemplatus est. Deinde Wolffius, qui Leibnitzium præ ceteris secutus est, systema quoddam philosophicum constituit, in quo transformatio illa, quam instituerat Cartesius, Logicæ Aristotelico — Scholasticæ perfectionem obtinuit. Logica sic per methodum illam mathematicam, quam elaboraverat Wolffius, toti fere Philosophiæ dominabatur, et in eadem ipsâ Logica, ut philosophia præcipue rationalis, summa cum aduratione ac diligentia tractata est.

quisitione, novam tandem in Historia Philosophiæ adduxit solutem ⁸⁾.

III.

Hanc vero quæstionem rite solvi non posse Kantius duxit, nisi totus antea intellectus humanus, divisus penitus et dispersus, meditationi innotesceret viresque ejus singulæ et facultates certis indicis distinguerentur. Ipsâ igitur quæstionis naturâ illa data erat Analytica disquirendi ratio, quam adhibuit Kantius, quæque prohibuit ne ad absolutam disciplinæ formam artisque perfectionem ejus redigeretur speculatio. Humii Sceptsis propositum ejus propius determinavit ⁹⁾, quæ certam et indubiam hucusque causalitatis legis veritatem frangere studuit et infirmare. Hanc enim illius sententiam, quam de omnibus æque illis quæ synthetica dicuntur,

⁸⁾ Ulrici, in opere supra citato, Abschn. IV, Kap. 1. Die Kantische Philos. bildet nicht nur den Ausgangspunkt der neueren Deutschen Philos., sondern einen Knoten- und Wendepunkt in der Geschichte der Philos. überhaupt.

⁹⁾ Kantius excitatus terrore effectuum tam Idealismi Berkeleyani quam Scepticismi Humiani, quorum alter minatus est subvertere realitatem mundi externi, ipsius vero rationis alter, defensorem semet exhibuit acerrimum utriusque realitatis. Alter velut Cartesius oppositionem exacuit subjecti atque objecti ad completam utriusque inter se dissimilitudinem, et evexit eandem per distinctionem suam inter phænomena et noumena ad eam altitudinem, ut ne Deus quidem qualem ejus notionem conceperat Idealismus Kantii, sufficere videretur ad cognitionem absolutam animis hominum instillandam; quare etiam Criticismus veram cognitionem omnem exulare jussit.

eodem jure valere notionibus et principiis a priori, facile viderat Kantius, neque his sublatis ullam existere posse cognitionem humanam, rem propositam ita circumscrisit, ut oriretur quæstio: quomodo synthetica judicia a priori fieri possint ¹⁰⁾. Quum vero, ut huic quæstioni responderetur, facultatis cognoscendi humanæ instituendum esset examen, id primum Kantius curavit ut certum inveniret characterem, quo discernamus, quid a priori, quidve a posteriori humanæ insit cognitioni. Hunc characterem ex illa cepit universalitate et necessitate, quæ omnibus a priori apprehensionibus inest; et secundum hanc legem omnis ejus progreditur facultatis cognoscendi investigatio, cujus heic præcipua momenta breviter exponere juvabit.

IV.

Primum jam sensus et intellectum distinguit, qui in eo differunt, quod illi datas recipiant species, hic vero conceptus sponte fingat. Sensibus intuitus accipimus, qui unicæ tantum congruunt rei, quorumque materiam et formam dignoscere possumus. Formam a priori in anima existentem constituunt temporis spatiique apprehensiones universalitate et necessitate insignitæ ¹¹⁾. Materiam intuitus empiricam sensibus solis recipimus, sed unde porro esset derivanda Kantius non

¹⁰⁾ Critik d. reinen Vern., Sechste Aufl., Einleit. VI.

¹¹⁾ Critik d. reinen Vern. pp. 28, 34 et sequ.

definivit. Neque vero quomodo ipsæ temporis spatiique comprehensiones nobismet ipsis existant, sua potuit reflexione explicare illasve ex ipso mentis actu derivare. Docuit tantummodo Kantius, spatium nullum esse conceptum empiricum, quem externæ experientiae abstractione debemus; id enim, quod quidam sensus ad res extra nos referantur, quodque easdem non solum ut a se invicem diversas, sed ut in diversis locis dispositas concipere possimus, jam ipsius spatii comprehensio perducatur et efficiat necesse est. Esse sic spatium necessarium a priori conceptum, externi cujusque intuitus fundamenti loco positum. Consideretur igitur necesse spatium ut conditio sine qua intuitus existere nequeunt, nec ut ab eisdem pendens determinatio. Non tamen esse universalem quendam conceptum, relationes rerum externas complectentem, sed purum tantum intuitum. Quod idem omne in notionem etiam valere temporis docuit Kantius ¹³⁾. Tradita vero ita sensuum doctrina pergit ulterius Kantiana meditatio, docetque, solum intuitum ad objectum cognoscendum haud sufficere, sed requiri etiam, ut multiplices, quæ datæ sunt apprehensiones, unitate quadam in conscientia conjungantur. Multiplex illud tali unitate conjunctum conceptum nominamus. Conceptuum in conscientia dissimilis forma. Mentis igitur leges non aliter inveniri possunt, nisi dissimiles illæ species certo deducantur principio. Hos nudæ mentis agendi modos, quos nomine ab Ari-

¹³⁾ Vide Crit. d. rein. Vern. pp. 29, 35.

stotele mutuae Categorias vocat ¹⁴⁾, Logicas mentis in judiciis formandis operationes investigando, invenire studet, easque, in quattuor classes divisas, ordine disposuit. In Categoriis vero deducendis eruditorum votis Kantius non omnino satisfecit, quippe eas non ex intellectus natura derivare potuit, sed tantummodo ad ductum Logicæ exposuit ¹⁵⁾, quum tamen Logices ipsius ratio ultimo loco ex ipsis Categoriis esset demonstranda; omnis quoque Categoriarum divisionis principium non tam bene desideratur. Categoriæ autem apperceptionis unitati subjectæ sunt, quæ in omni cognitione ac scientia dominatur et imperat ¹⁶⁾. Cum enim puri a priori intuitus revera non sunt intuitus, per se non sufficiunt illi ad problema propositum plene solvendum. Ut hoc vero rite fiat duo adhuc opus sunt; Unitas scilicet apperceptionis originarie synthetica, sive transcendentalis unitas conscientiæ, deinde Schema, quod dicitur, et Phantasia sive imaginatio, quæ illud producit. Ut enim sensuum intuitus ea pendent conditione, quod temporis spatiique formis et legibus congruant multiplices datæ apprehensiones; ita etiam intel-

¹⁴⁾ L. c. p. 119, quid per Categorias intellectum velit Kantius, videre licet.

¹⁵⁾ L. c. §. 26, p. 116. In der Metaphysischen Deduction wurde der Ursprung der Categorien a priori überhaupt durch ihre völlige Zusammentreffung mit den allgemeinen logischen Functionen des Denkens dargethan. Vide præterea §. 10, p. 77.

¹⁶⁾ L. c. p. 97, §§. 16 et sequ.

lectualis cognitio in eo posita est, quod intuitus omnes ad syntheticam referantur apperceptionis unitatem, quæ ultimum est humanæ scientiæ principium ¹⁷⁾. Experimentiam sic ejusque legem facile intelligere possumus. Categoriæ nempe, ut syntheticæ mentis actiones, necessariæ sunt rerum cogitandarum conditiones, sed ab intuitu divulsæ veram rerum notitiam tradere nequeunt. Requiritur præterea multiplices intuitus, in quibus jungendis schematum ope versantur Categoriæ. Phantasia igitur ejusque schemata quasi medium quoddam inter sensus et intellectum constituunt, quod quidem medium omnia præbet, quæ a sensibus conceptui necesse accedant, ut syntheticum a priori judicium fieri possit. Tale quodque judicium revera nil aliud est ac connexio Categoriæ cujusdam cum schemate eidem respondente. Omnis sic intellectus usus sensuum finibus coercetur, neque res, quales per se sint, peroscere possumus. Quod idem de nobismet ipsis etiam valet, quippe ipsam quoque, non qualis per se sit, sed tantammodo qualis interno sensui occurrat, perspicere valeat mens humana ¹⁸⁾. Rerum igitur natura, quam con-

¹⁷⁾ L. c., §. 26 p. 117 et sequ.: Wir haben Formen der äusseren sowohl als inneren sinnlichen Anschauung a priori an den Vorstellungen von Raum und Zeit und diesen muss die Synthesis der Apperception des mannigfaltigen der Erscheinung jederzeit gemäss seyn, weil sie selbst nur nach dieser Form geschehen kann.

¹⁸⁾ Hisce finibus ita constitutis falsa et perversa subesse nobis videtur interpretatio tum cognitionis a priori et illuc pertinentium formarum cogitationis, tum rei illius per se.

stituit phænomenorum secundum necessarias leges conjunctorum comprehensio, tota ad intellectus fingitur regulas. Hoc vero de rebus per se spectatis non valere, sed tantummodo si ad proprium nostrum referantur cogitandi modum, Kantius aperte indicat ¹⁹⁾.

Hæ enim formæ subjectam haberent necesse esset omnem cogitationem et cognitionem, ipsæ autem in res cogitationi objectas non valerent; ad nullam omnino rem, quæ re vera et esset et existeret, pertinerent, sed tantummodo ad species rerum, seu ad intellectus et rerum relationem. Res itaque hanc relationem inirent alio modo ac revera existerent. Intellectus humanus ideo cogitaret aliis legibus subjectus ac iis, quibus res existerent. Subjectum autem quod cogitat æquo tamen jure ac res quæ cogitatur, res est per se, quod si in illud valeant, in hanc etiam valeant, necesse est. At vero, inquit, cogitationis formæ valeat quidem in intellectum, quatenus hic ipse ut phænomenon consideratur, minime autem quatenus ut res per se spectatur intellectus, ut etiam in ceteras res valent, quatenus hæ ut phænomena considerantur. Atqui hujus modi res et phænomena discernere per-versum omnino nobis videtur atque ineptum. Aliud enim ita esset subjectum ut res per se spectatum, aliud dum ad res refertur externas, quod quidem fieri omnino nequit. Confer his quæ dixit Ulrici in opere supra citato p. 325.

¹⁹⁾ Crit. d. rein Vern. p. 235. Der intellectual Philosoph konnte es nicht leiden, dass die Form vor den Dingen selbst vorhergehen, und diese ihre möglichkeit bestimmen sollte; eine ganz richtige Censur, wenn er annahm, dass wir die Dinge anschauen wie sie sind. Da aber die sinnliche Anschauung eine ganz besondere subjective Bedingung ist, welche alle wahrnehmung a priori zum Grunde liegt und deren Form ursprünglich ist; so ist die Form für sich allein gegeben, und; weit gefehlt, dass die Materie zum Grunde liegen sollte, so setzt die Möglichkeit derselben vielmehr eine Formale Anschauung, als gegeben voraus.

Quod si *Categoriæ temporis spatiique* adjungantur apprehensionibus, eorumque ita ad rerum sensibus obviarum cognitionem usus reputetur, nudæ mentis prodeunt leges et principia, quæ Kantius secundum *Categoriarum ordinem* collocat. Summum tandem et ultimum omnium syntheticorum judiciorum principium ita fere proponit. Objectum quodlibet, quatenus cognitioni humanæ objectum sit, necessariis subjicitur syntheticæ intuitus multiplicis in possibili experientia unitatis conditionibus. Ita quidem Kantius analytica tandem reflexione quæstioni suæ respondere potuit, simulque cognovit quod omnis intellectus usus solam spectet experientiam, vel Kantii verbis, quod empiricus tantum, non vero transscendentalis, sit intellectus usus ²⁰). Hic scilicet usus talis esset, quo leges mentis et principia non tantum ad species rerum, sed ad res per se spectatas referrentur. Attamen in humano ingenio æterna innata est rerum sublimiorum cura, non angustis restricta limitibus, quæ indefessum non solum gignit et alit rerum cognoscendarum studium, sed etiam fictis

²⁰) Crit. d. rein. Vern. in §. 27. Kantius deductione *Categoriarum* peracta, ad hunc finem perveit: Folglich ist uns kein Erkenntniss a priori möglich, als lediglich von Gegenständen möglicher Erfahrung. Cujus quidem explicationis summæ maximam inesse sapientiam judicarunt haud pauci, quibus Kantii philosophandi methodus præ ceteris placuit; hanc enim explicationem denique, post tot pervagatos errores, fines præscripsisse censent, extra quos egredi non possit intellectus humanus, quin vana et realitatis expers inde evaderet cognitionis species.

subtiliorem rerum cognitionibus captiosam tribuit veritatis necessitatisque speciem. In sequenti igitur tractationis parte rationem, strictiori sensu sumtam, quasi fallaciarum fontem investigaturus occupatur. Hujus vero investigationis, quamvis sit gravissima illa quidem, summam tantum paucissimis adumbrare licet. In id scilicet potissimum nititur Kantiana sententia ut demonstret rationem humanam, ipsam sibi contrariam, ideas quidem continere necessarias, quibus extra experientiæ limites egredi conatur; istis vero ideis nullumtribuendum esse usum vere constitutivum, sed tantummodo regulativum, nec igitur theoreticam ullam rerum, imprimis Divinarum, homini concessam esse cognitionem ²¹⁾. Ad hoc iudicium eo præsertim perducitur Kantius, quod theoreticam rationem non eidem, cui practicam, superstruendam esse censuerit absolutæ autonomiæ fundamento. Practica igitur ejus et theoretica Philosophia non eodem nituntur principio, sed potiore sibi dignitatem morum vindicat disciplina, cui etiam theoreticum remisit intellectus studium, quasi hujus desiderium explore valeret illa.

V.

His ex systemate Kantiano in genere allatis, jam propius perstringere volumus, quid de Logica speciatim judicaverit Kantius. In id spectantes inveniemus eum hanc fere sententiam amplexum esse: e Metaphy-

²¹⁾ Crit. d. rein. Vern. p. 496 Von dem regulativen Gebrauche der Ideen der reinen Vernunft.

sica scilicet haud pendere disciplinam Logicam, quae inde ab Aristotelis tempore consummata iudicetur, vel certe ex hoc tempore neque processerit neque recesserit ²²). Metaphysicæ e contrario, disciplinæ mere rationali, nullo cum ceteris disciplinis vinculo cohærenti, adhuc non contigisse iudicat viam indubitatae scientiæ inire, quam si umquam sit initura per criticum rationis examen eo ducatur ²³). Hoc vero Kantii de Logica iudicium eam tantummodo respicere posse, cuius objectum est sola cogitationis forma, facile nobis persuasabitur, considerantibus, principalem partem operis ejus, per tempora celebratissimi, quod inscribitur "Critik der reinen Vernunft," quodque supra jam sæpius citavimus, Logicam quam dicit transscendentalem continere; cuius quidem Logicæ utraque pars, et Analytica et Dia-

²²) L. c. vide Vorrede zur zweiten Auflage: Dass die Logik diesen sichern Gang schon von den ältesten Zeiten her gegangen sey, lässt sich daraus ersehen, dass sie seit dem Aristoteles keinen Schritt rückwärts hat thun dürfen, — — — Merkwürdig ist noch an ihr, dass sie auch bis jetzt keinen Schritt vorwärts hat thun können, und also, allem Ansehen nach, geschlossen und vollendet zu seyn scheint.

²³) Dass die Metaphysik bisher in einem solchen schwankenden Zustande der Ungewissheit und Widersprüche geblieben ist, ist lediglich der Ursache zuzuschreiben, dass man sich diese Aufgabe und vielleicht sogar den Unterschied der Analytischen und Synthetischen Urtheile nicht früher in der Gedanken kommen liess. Auf der Auflösung dieser Aufgabe, oder einem genugthuenden Beweise, dass die Möglichkeit, die sie erklärt zu wissen verlangt, in der That gar nicht statt finde, beruht nur das Stehen und Fallen der Metaphysik. Vide Einleit. zur Crit. d. rein. Vern. p. 15.

lectica, ipsam originem, complexum atque auctoritatem cognitionum mere rationalium tractat. Cumque ulterius hæc ipsa Logica jam sibi habet injunctum conceptus illos exponere et explicare, quos intellectus ipse in se continet, quibusque ita res a priori omnino cogitat; ideoque easdem sibi proponit quæstiones, quas antea Metaphysica sibi proposuerat solvendas; necesse est; eandem illam eodem negotio quodam modo, vel invitam deducere principia, quæ, ne fundamento careret disciplina, quæ formam ipsam cogitationis explicat, Logicæ substruenda sunt. Contendere itaque haud dubitamus ipsa Logicæ principia in hoc systemate a Metaphysica originem trahere et ex ea revera pendere. Quodque sic Logicam ad Metaphysicam retulerit Kantius, hoc ipso ducimus eum sese de Logica optime meritum fecisse.

Prior nimirum Logica disciplina, quam Kantius universalem dicit, jam quidem ita fuerat definita et determinata, ut cogitandi esset scientia, quæ solam cogitationis formam respiceret, facta scilicet ab omni materia abstractione. Huic jam opponitur Logica, quæ transcendentalis dicitur, quæque simul originem exponere debet cognitionis nostræ, quatenus non possit hæc ex ipsis rebus externis solis deduci. Ideoque non ab omni objectivæ cognitionis materia hæc, velut illa, abstrahere potuit. Criticismus ita quidem priorem illam Metaphysicam in Logicam convertit, tribuit vero, ut postea etiam Idealismus, objecti anxius et perterritus, Logicis determinationibus vim quandam præcipue subjectivam,

unde hæ ipsæ determinationes objectivitate, quam tamen diligenter effugerent, simul quodammodo afficiebantur, sicque res illa per se ut infinitum quoddam, ultra positum, quod assequi non poterant, eis restabat inexplicabilis; quamvis quidem, hanc ipsam rem per se non nisi ut ens quoddam meræ abstractionis considerari posse, facile perspicitur ²⁴).

Involvit igitur in exitu Criticismus contradictionem quandam, quæ quidem eis, qui Kantii philosophandi rationem sequebantur, diu latuit occulta, a Philosophia vero subsequenti semel indagata in lucem magis magisque prodiit. Criticus scilicet Idealismus, sic enim Kantius ipse doctrinam suam nominat, ipse sibi in eo repugnat quod assumit res illas per se esse cognitionis objecta, deinde vero easdem ut phænomena tantum cognosci patitur. Quæ sic in hac doctrina continetur repugnantia æque tribui potest notioni aut phænomeni aut ipsius cognitionis, ac notioni rei illius per se. Sic ex. gr. constat Fichtium ejusque sectatores hanc Philosophiæ Kantianæ secum repugnantiam rei ipsi per se inesse judicasse; Herbartium vero eandem tribuisse notioni ipsius phænomeni; Friesium denique eandem facultati ipsi cognoscendi afferre voluisse. Novam vero

²⁴) Das Ding ansich drückt den Gegenstand aus, insofern von allem, was er für das Bewusstsein ist, von allen Gefühlsbestimmungen. wie von allen bestimmten Gedanken desselben abstrahirt wird. Es ist leicht zu sehen was übrig bleibt, — das völlige Abstractum, das ganz leere, bestimmt nur noch als ein jenseits etc. Hegel Enc. §. 44.

et præcipuam Logicæ adpersit lucem summus hic Philosophiæ reformator Kantius, repugnantiis, quibus semet constrictam sentit ratio, singularibus licet et non elegantissima ab ipso demonstrandi formâ propositis, vindicans necessitatem repelli nesciam. Haud parum vero abest, ut hanc ideam plene exhausisse nobis videatur, sed viam solum, ut in ceteris, ita hac quoque in re, alteriobus aperuisse et præstruxisse disquisitionibus. Si enim ad modum, quo in solvendis antinomiis versatur, penitius attendas, deprehendes ipsum hoc in negotio alterum certe agere Alexandrum nodumque non solvere, at si non proprio gladio prærumpere repugnantiam tamen in rationem, utpote determinationes Finiti et Infiniti ad rem per se referentem, rejectâ, in aliam æque intricatam redigere formam. Notissima nimirum ipsius solvendi methodus in adserenda transcendentali phænomenorum mundi idealitate posita est. Urget scilicet mundum in se haud esse repugnantem, sed rationem solam ex justo suo dominio, regulativa nimirum sua vi excedentem et ultra id, quod ulla umquam experientia dari possit, transvolitantem secum repugnantia involvi necessaria. Unde in antinomiis rationis proponendis atque demonstrandis nil fere aliud respexisse videtur Kantius, nisi ut indicio e repugnantia, cui semet implicat mundi certis rationibus instituta consideratio, facile repetendo ad unguem quasi ostensum redderet et comprobatum; ad mundum in se numquam perveniri posse, sed in ipso quatenus apparet necessario esse subsistendum. In essentiam vero hujus repugnantiam

De
**præcipuis Philosophorum recentioris ævi
Logicam tractandi rationibus**

Dissertatio Historico-Critica.

Quam

Consentiente Ampl. Ord. Philos. Lundensi

P. P.

JOHANNES AUG. AHLANDER,
Philos. Mag.,

et

NICOL. JOH. KYLEN,
Gothus.

P. II.

In Acad. Carol. die XI Junii MDCCCXLIX,
h. a. m. s.

Lundæ,
typis Berlingianis,
MDCCCXLIX.

diligentius inquirentes minime fugere potuit, si verum sit repræsentationem mundi in se, applicatis ad ipsum mentis transscendentalibus formis, illico dissolvi, minime quidem integras et a dissolutione liberas relinqui posse ipsas illas formas, id est, aut in ipsa transscendentalitate nil veri remanere, aut repugantiæ, qua talis, genuinam vim et rationem funditus indagandi negotium restare. Quanti momenti fuerit hæcce Antinomiarum expositio et investigatio ex eo præcipue elucet, quod jam quid Logicæ veram constituat essentiam, expediri haud possit, ante patefactam in universum dialecticam sive, quæ eadem est, antinomicam intellectus naturam.

Perpetuum igitur erit hujus Philosophiæ meritum, quod animum in internum converterit. Nihil omnino, ut externum solum spectatum existere posse decrevit, omne ut internum consideravit. Quamquam autem ita se res habet, me tamen ipsum minime ex hac doctrina melius ideo cognoscere possum, cum scilicet mihi ipsi appaream ut phænomenon tantum, quod constituunt sensus et affectus cogitationis se invicem perpetuo succedentes, qui omnes ad unitatem in conscientia rediguntur per hanc solam cogitationem: sum et existo; quæ ipsa cogitatio eis omnibus necessario inest. Quid vero ipse revera sim, quid res sibi veliut, si a subjectivo meo easdem considerandi modo abstraxerim, hac de re omnino sum nescias. Hujus rationis causa referatur necesse est ad rem quandam per se, nobis plane incognitam ultra phænomenorum orbem latentem, cujus quidem revelatio mysterium est eritque sic in æternum. Per

phænomenon sese manifestat hæc res, quam inde sic in ipsa manifestatione phænomenon nos celat. Per hanc igitur puram nostram subjectivitatem omne quod est in id quod non est commutatur. Eadem se præbet temporis spatiique ratio. Quod veram eorum constituit perseitatem, id ipsum eadem tollit et removet. Sunt utraque semper extra semet posita. Spatium aliter cogitari nequit ac ut extensum quoddam, in ipso puncto se præbet ut sui ipsius contradictionem et repugnantiam, i. e. quod simul idem est et non est. Sic etiam tempus. Vera ejusdem notio, τὸ Esse, in infinitum tollitur a se ipsa et dissolvitur, fitque ideo sui ipsius contradictio. Idem etiam esse vult quod re vera esse non potest, luditque, velut unda saliens, realitatem, altam et tranquillam æternitatem.

Criticæ ita Kantii disciplinæ analytica, quam instituit, intellectus investigatio arctiores constituit fines ut dispartitas nimirum consideraret facultates singularumque indolem facile cognosceret, sed universam earum notionem uno deducere fonte nequiret. Quamvis enim ad elegantiam scientiæ haud parum conferat distincta expositio illius, qui inter momenta ipsius locum obtinet nexus; tamen hic solus nexus, qui formalis tantum est consequentia — momentis scilicet quæ nectuntur absque horum ipsorum, quam appellant, deductione præsuppositis — non adhuc ipsam absolvit scientiam. Neque perfectam se absolvisse Philosophiæ scientiam artemque ipse putavit Kantius, sed suam potius doctrinam instar præcedentis operis æstimavit, quod absolutæ viam

aperiret scientiæ, quam innata quadam necessitate intellectum postulare agnovit. Quod vero theoreticam et practicam philosophiæ partes disjunctas tradiderit, diversisque extruxerit principiis, non minimum ipse duxit suæ disciplinæ vitium. Merito enim dicitur in mera *Analysi scientiam*, qualis ipsius idea a summis Philosophis satis jam est fixa haud contineri. Indicavit distincte satis hoc jam Kantius ipse purum illum, unde transscendentalis exit *Categoriarum deductio*, detegens fontem principium scilicet arduum illud et subtile, quod originarie syntheticam appellavit apperceptionis unitatem, quæ essentialiter *ἀντιποδος* instar, opposita est abstractæ et emortuæ identitati. Quam vim etiam quod ad *Logicam formalem*, laudato ipsum adscribere principio, in verbis elucet his: "Und so ist die Synthetische Einheit der Apperception der höchste Punkt, an dem man Alles Verstandesgebrauch, selbst die ganze Logik, und nach ihr, die Transscendental Philosophie heften muss, ja dieses Vermögen ist der Verstand selbst.

VI.

In tradenda ideo critica, quam, ut potuimus, exponere conati sumus, intellectus doctrina, ipsa, quam sibi proposuerat Kantius, quæstio, totiusque tunc temporis philosophiæ habitus, analyticam illi definierat rationem; qua sciendi facultatem divideret, singulasque ejus vires penitus cognoscere studeret. Majorem vero apud eum desideramus artis perfectionem, quæ unico omnia deducat principio, quæ ad humanam scientiam modosque

ejus varios pertineant. Ipsum enim intellectum humanum ex altiori fonte deducere sibi non constituit, sed virium ejus insigniorum tantam expositionem tradere cupiit. Multas itaque res, quæ in Philosophia maximi sunt momenti parum explicavit eo præcipue, quod eas in disciplina, quæ viam tantum Philosophiæ muniret, locum non habere credidit ²⁵). Multum itaque in medio reliquit, multum incertum, vel saltem non adeo definitum, ut omnis abesset erroris periculum, quare etiam ii, qui ejus primi amplexi sunt disciplinam, perperam sæpe sententiam ejus comprehenderent, totamque ejus philosophandi rationem in dogmaticam perversamque transformarent doctrinam. Hujus rei præcipua, ni fallimur, fuit caussa, quod Kantius suam de rebus per se notionem non satis definierat, quamquam earum sæpius facit mentionem, easque opponit phænomenis. Talem vero oppositionem rerum per se et phænomenorum supra jam indicavimus in absurdum perducere. Quomodo enim tunc percipere possumus intellectum, ut phænomenon spectatum, si hoc phænomenon sit aliquid ab ipsa re alienum et disjunctum? Si autem phænomenon idem est ac τὸ φαινόμενον, quod quidem concedendum existimamus, hoc ipsum phænomenon necersario est res ipsa, quæ alii vel sibimet ipsi φαίνεται. Quatenus jam intellectus ut res per se spectatur, nullum ei est prædicamentum vel attributum aliud quam ipsum Esse, facta

²⁵) Die Critik der Vernunft führt also zuletzt nothwendig zur Wissenschaft etc. Vide Einleit. zur Crit. der rein Vern.

ab existendi modo abstractione i. e. intellectus ante vel extra existentiam in individuo consideratus. Eo autem ipso quod existit, certo modo necesse existat et agat, vel certo quodam modo ad res referatur externas; cumque hanc relationem alio modo seu aliis attributis inire nequeat, quam iis quibus existit, versa vice inde sequitur, illum existere iisdem attributis, i. e. hæc esse attributa quibus *to* Esse in individuo existit. In objecta ut res per se considerata, eadem valent, quippe quæ orta sunt facta abstractione ab omni ad alia, quæ existunt, relatione vel ab omnibus prædicamentis, postquam factam nihil aliud superest quam ipsum Esse, quod nondum existit, siquidem ab existentia prædicamenta, seu quidam existendi modus, abesse nequeant. Quatenus itaque res per se idem est ac *to* Esse, notiones rei per se et nihili in idem coeunt.

Etsi vero jam probabile videtur Kantium per hanc ipsam rem per se nudam tantum intellectus notionem; ideoque omni realitate privatam, quam phænomenis opponat mens, significare voluisse, ei tamen dimidiam quasi realitatem tribuerunt Kantiani, atque ad eas sensuum retulerunt sollicitationem. In sua enim de intuitu doctrina non definierat unde materia ejus esset derivanda, quod idem secundum suam meditandi rationem explicare non potuit. Cautâ hac circumspectione non usi sunt ii qui Kantii rationem sequebantur. Universalitatem rerum per se statim assumserunt, quæ ab animo nostro plane aliena, nullo cum eo jungeretur vinculo, sed ea tantum ratione, quod sensus sollicitando moveat, ei-

que quasi cohæreat. Attamen mundum hunc sorte quadam oblatum mentis imperamus legibus, quas nescimus, unde animis inculcatæ sint. Hic quidem rerum universitas, cujus vera indoles ignoratur, illic animus sciendi facultate præditus, qui certas rebus imprimere valeat species earumque mutuam ita cognoscere rationem. Ineptam hanc doctrinam e Kantii philosophia errore natam, ejus nomine insignibant, plurimique etiam veram ejus esse disciplinam persuadebantur. Doctrinæ vero perversitas solidiori et graviore cito reflexioni prodita est, justaque fuit causa eam cum Kantii scriptis conferendi, eorumque simul veram sententiam pervestigandi. Intellectu enim difficile erat, quid res, si a nostra concipiendi ratione penitus discesserimus, per se essent ²⁶⁾. Omnibus enim primum, quæ ad intellectum nostrum pertineant, proprietatibus eas omnino exuere debemus. Eo non solum refertur omnis temporum successio, causæque et effectus conceptus, sed etiam, si adcurate progredimur, spatii extensionisque apprehensio, quippe ambæ absque tempore representari nequeant. Hæ tamen res, quamquam nostra percipiendi facultate nullo modo possunt comprehendi, adessent tamen, sensusque affici-

²⁶⁾ Rem per se eo sensu, quem Criticismo ducti, solum admittere possumus, supra jam examinavimus, eamque aliquem cogitationis formarum usum ægre pati agnoscimus; hoc autem Criticismo concedentes, rem minoris momenti nos concessisse credimus, quam vulgo forsitan existimetur. De cetero Criticismo etiam id concedimus, cogitationis formas, quum ad cognoscendas res per se, Criticisismi sensu sumtas, adhibentur, subjectivam tantummodo habere vim. Cfr. Ulrici. I. c.

endo conceptus excitarent. Certe qualem harum rerum habeant cognitionem explicare non possunt; quæstionem vero frustra student evitare, eo quod dicant, tales res intellectu non posse comprehendi, quoniam, de iis loquentes, certe easdem quodammodo intelligunt, vel parum scienter loquuntur. Neque Kantius talem enuntiasse videtur sententiam, quamvis dubius ita et incertus est verborum sensus ut in errorem faciles inducamur. Nam Kantius, ut supra jam diximus mentionem quidem rei per se sæpe facit, sed nullam huic notioni realitatem tribuisse videtur, quin potius nudum quendam intellectus putaverit esse conceptum. Nec sua ipse principia secutus, talis notionis recipere potuit realitatem, quæ tota secundum realitatis legem oritur, quæ ipsa extra phænomenorum regionem nullum habeat usum. In incerto præterea reliquit, unde materiam apprehensionum deducamus. Quod objecta externos afficiant sensus, expressis quidem affirmat verbis ²⁷⁾, sed idem quoque declarat, quod nullum existat objectum, nisi præcedente synthetica actione intellectus, quæ datum intuitus multiplex complectatur et uniat ²⁸⁾. De hac igitur re Kan-

²⁷⁾ Dass alle unsere Erkenntniss mit der Erfahrung anfange, daran ist gar kein Zweifel; denn wodurch sollte das Erkenntnissvermögen sonst zur Ausübung erweckt werden, geschähe es nicht durch Gegenstände die unsere sinne rühren und theils von selbst Vorstellungen bewirken theils etc. Vide Einleit. zur Crit. d. rein. p. 1.

²⁸⁾ Die Synthetische Einheit des Bewusstseyns ist also eine objective Bedingung aller Erkumtniss, nicht deren ich bloss selbst bedarf, um ein Object zu erkennen, sondern un-

tius non distincte suam proposuit sententiam, et quamvis in ejus de synthetica apperceptionis unitate disputatione, prima forsans subtilioris objectivi mundi explanationis existeret significatio, eam tamen potius ad ulteriorem provocandam speculationem valuisse, quam sufficientem et perspicuam rei tractationem exposuisse credimus. Plurimæ præterea in Critica Kantii disciplina exstant res, quas non dilucide satis et plane explicavit. Ita quidem Kantius tempus spatiumque sensuum esse formales conditiones commonuit ²⁹⁾; sed quomodo hæc percipiretur non ex illius patet demonstratione; utrum innatæ tantum essent intellectus facultates, an necessariæ, quæ mentis orirentur indole, actiones. Eodem etiam modo Categorias quidem ordine exposuit omnes, sed eas ab unico fonte deducere non tam plene curavit, licet plurimos ipse characteres et indoles significat, qui aperte indicant, illas e communi quodam oriri principio ³⁰⁾. Si igitur scientiæ finem artisque perfectio-

ter der jede Anschauung stehen muss, um für mich Object zu werden, weil auf andere art, und ohne diese Synthesis, das Mannigfaltige sich nich in einem Bewustseyn vereinigen würde. Vide Crit. d. rein. Vern. p. 101.

²⁹⁾ L. c., p. 90. Denn da nur vermittelt solcher reinen formen der Sinnlichkeit uns ein Gegenstand erscheinen, d. i. ein Object der Empirischen Anschauung seyn kann, so sind Raum und Zeit reine Anschauungen, welche die Bedingung der Möglichkeit der Gegenstände als Erscheinungen a priori enthalten, und die Synthesis in denselben hat objective Gültigkeit.

³⁰⁾ Die transcendente Deduction aller Begriffe a priori hat also ein principium, worauf die ganze Nachforschung

nam spectaveris, Kantius multa sane reliquit posteris desideranda, quæ indefessam diutius provocarent philosophorum operam. At vero quod illa ejus disciplinæ menda inter præcipuas fuerint causas, quæ sequentem scientiæ suscitarent rationem, eo potissimum concludere fas est, quod eruditi, qui acutiori proximi reflexione philosophiæ adgrederentur studium, neque mancam amantes Kantii disciplinam, neque inepta sectatorum addita-
 menta probantes, suam imprimis in eo collocarent operam, quod Kantii disciplinam ad perfectam artis formam redigere studerent. Kantius vero primum reflexionis in se regressum aperte postulaverat, quo necessario eveniret, ut philosophia, quo magis ad perfectionem redigeretur, in Idealisticam abiret rationem, omnem scientiam ex ipsa intellectus natura deducere quærentem. Hoc vero studium illi primum indixerunt philosophorum conatus, quibus idealisticum sensum Kantii scriptis tribuere placuit.

VII.

Quoniam jam Criticismus ad species rerum in animo effingendas binas assumserat conditiones necessarias, animum nimirum sui conscium et rem per se, difficultatibus se ipsum implicaverat, quas satis explicare non valuit. Re per se assumpta Realismi elementum

gerichtet werden muss, nämlich dieses: dass sie als Bedingungen a priori der Möglichkeit der Erfahrungen erkannt werden müssen. Cr. d. r. Vern. p. 23.

continebat, nihilo tamen minus ne realitas quidem mundi externi, quem fontem materie cognitionis esse jussit systema Kantianum, per Criticismum conscientia coram est stabilita. Fieri igitur non potuit, ut scientia Philosophica in hoc evolutionis gradu consummata haberetur. Velut umbræ tantum obscuræ et evanescentes restabant subjectum et objectum, quæ, materiam phænomenorum profitentia, sola cognosci possent. Quem in exitu suo continebat Scepticismum Philosophia Critica magna cum sollertia præcavere videbatur, ne occasio præberetur vero absolutæ cognitionis desederio in mentem revertendi humanam. Inter eos vero, qui in statione versati sunt reflexionis, Philosophos, Kantius procul dubio ceteris distinctius perspexit et enuntiavit, quam sit irritum conamen ad absolutam cognitionem ascendendi, quamdiu non potes in ratione ad summam unitatem redigere opposita ista, subjectum et objectum. Si nulla detur via ad hanc identitatem conficiendam præter eam qua progressi sunt philosophiam reflexionis profitentes ad finem hunc assequendum, sine dubio negativa illa quæ in Criticismo continetur philosophia summum erit cognitionis culmen, quod possit attingere ratio speculans. Verisimile est Kantium, si modo perpendisset quam sit difficile per impulsus externos ortum explicare materie cognitionis, perductum fuisse ad conamen repræsentationes nostras tam quod ad materiem quam ad formam ex ipsa rationis natura deducendi. Laus et honor hujus primum tentatæ deductionis Fictio debetur, qui, cum perspexisset, Kantianam illam rem per se

meram esse fictionem, realitatem prorsus sustulit ejus et mundi totius externi ³¹). Tali modo Philosophia ad rationem solam est delegata, qua duce problemata ejus solvi posse sperare licet ³²). Cum tamen non valeret Fichtius rationem, ex qua omnia erant deducenda, concipere ut absolutum aliquid tam supra subjectum quam objectum evectum, sed ut subjectivam tantum et difficultatibus reflexionis implicatam et districtam rationem, retinuit etiam Philosophia ejus aliquid cum cognitione omni relativa commune. Nec sane multum defuit, quin in Egoismum, quem dicunt, Metaphysicum incidisset. Quem tamen vel eo modo effugit errorem, quod ope postulati practici ideam revocaret vere Absoluti, primum

³¹) Absurdum scilicet, ex speculatione Fichtiana, esset, assumere rem quandam per se, quam, qua talem, nec sentire possumus nec cogitare. Objecto enim, extra experientiam posito, nullam omnino realitatem tribuere potest subjectum, nisi sibi ipsi repugnans. Qui enim dixerit, sibi perbene esse cognitum, existere tale aliquod objectum, is sane nihil aliud hisce diceret, nisi quod ipse existentiam quandam cognosceret, de qua tamen revera nihil omnino sibi habet cognitum. Res illa per se ultimum fuit objectivitatis residuum, quod reliquit Criticus ille Idealismus. Hac igitur plane rejecta Idealismus Subjectivus tantum reddebatur, circaque hanc solam se convertit enuntiationem: e τῷ Ego solo produci omnia.

³²) Completa sic prodiit abstractio, quæ, quam terribilis sit, revera ostendit per revolutionem illam, de qua vere ac sapienter dixit Geyer (Valda Sm. Skrifter 1 Band). Den var en revolution på bredden och ej på längden. Nec enim iguis nec ventus nec denique unda æstuans tam vaste et crudeliter populatur ac cogitatio, dum introrsum tantum in se ipsam reflectitur.

quidem e systemate ejus exclusam, vel ita ut, quo conscientiae explicare posset ortum, realitatem agnosceret entium, extra quodvis subjectum, ratione et conscientia præditorum.

Re igitur per se a Fichtio plane rejecta, sic inde statuit, conscientiae empiricae necessariam esse conditionem actum quendam originalem, quo τ_0 Ego se ipsum ponat; quam sui ipsius positionem, licet empirica conscientia ejus inscia sit, ut summum primumque purae conscientiae actum cogitari oporteat ³³). Hanc vero positionem antithesin involvere, eo enim ipso, quod sit sui ipsius positio, item esse non-positionem alterius, quam autem non-positionem iterum esse positionem, qua prioris negatio ponatur, seu τ_0 non-Ego τ_0 Ego opponatur ³⁴). Quæ inter haec principia vel positiones

³³) Fichtes Wissenschaftslehre, Leipzig 1794 p. 5. Ir-
gend eine Thatsache des empirischen Bewusstseyn wird auf-
gestellt; und es wird eine empirische Bestimmung nach der
andern von ihr abgesondert, so lange, bis dasjenige was sich
schlechthin selbst nicht wegdenken und wovon sich weiter
nichts absondern lässt, rein zurückbleibt. τ_0 Ego, de quo heic
quærit Idealismus non igitur est empiricum illud, quod vul-
garibus vitæ affectibus constituitur et determinatur; sed pu-
rum illud τ_0 Ego, quod in quoque momento se cogitat, nulla
omnino particularium relationum et mutationum ratione habita.

³⁴) Wissensch. lehre §. 2. momm. 9, 10. Sogewiss dass
unbedingte Zugestehen der absoluten Gewissheit des Satzes
non A nicht = A unter den Thatsachen des empirischen Be-
wusstseyns vorkommt: so gewiss wird dem Ich schlechthin ent-
gegengesetzt ein Nicht-Ich. Vis illa, qua heic τ_0 Ego totum
mundum externum producit, non inanis est phantasie ludus,

fundamentales intercedat oppositio, eam in tertia illa positione solvi necesse esse: τὸ Ego ponere τὸ non — Ego ut per se positum sibi que oppositum. Hac positione τὸ Ego, quæ realitatis universitatem contineat, realitatis partem in τὸ non-Ego transponere, quod ipsum hoc actu non jam mera negatio sed reale aliquid fiat, quod extra τὸ Ego positum, illud certis finibus circumscribat et ipsum ab eo circumscribatur ³⁵⁾. In hac mutua definitione τὸ Ego se ipsum ab externa realitate affectum sentire, eo que conscientiam empiricam esse incipere. Sic igitur Fichtius, ut posset e ratione subjectiva deducere subjecti determinationes, principales saltem, coactus erat refugere ad illud non-ego, quod subjectivum ipsum Ego, primum quidem at absolutum po-

vel imaginatio quædam arbitraria, quam τὸ Ego ex voluntate sua commutare aut reprimere potest, sed actus quidam realis et necessarius in quo fines præsupponit, ex quibus sublatis pendet ejusdem libertas.

³⁵⁾ Wiss. Lehre §. 3. Das Ich ist im Ich nicht gesetzt, insofern, d. i. nach denjenigen Theilen der Realität, mit welchen das Nicht-Ich gesetzt ist. Ein Theil der Realität, d. i. derjenige der dem Nicht-Ich beigelegt wird, ist im Ich aufgehoben. Insofern das Nicht-Ich gesetzt ist muss auch das Ich gesetzt seyn, nemlich sie sind beide überhaupt als theilbar ihrer Realität nach gesetzt. Hunc vero actum, quo totum universum externum producitur, τὸ Ego insciens omnino exsequitur, unde fit ut sese exhibeat universum vi quadam adeo invicibili, ut subjectum initio suum ipsius intuitum ut realitatem externam existimet. Hic tamen intuitus vulgaris, velut somnium tantum merito habeatur, quod mox aufugit dummodo speculatio illa philosophica aliquantulum excitatur et accenditur.

situm in relativum quoddam et a non-Ego dependens commutavit.

VIII.

Fichtius igitur, posita sic humana cogitatione, sensu scilicet latiori considerata, ut activitate quadam, quæ nihil umquam patitur, sed tantummodo agit, assumit etiam necessitatem quandam immanentem vel dependentiam quasi, quam in agendo sequeretur cogitatio, cuique subjecta certo quodam modo ageret, ita ut hæ ipsæ ejusdem actiones, nexu quodam inter se cohærentes, systema aliquod absolverent. Hoc inde Systema ex summo quodam principio, vel ex primitiva quadam actione deducere et exponere Philosophiæ erit propositum; unde, sic determinata, Philosophia in sciendi scientiam abiit. In hac vero ipsa idea ingenium totius Fichtianæ speculationis quam maxime elucet, altaque hujusce systematis indoles, cui postea adnexa est tota sequentis Philosophiæ evolutio. Heic demum cogitatio necessitasque, cogitationi quasi immanens, ut principium apparet omnis veræ Philosophiæ, veritatis atque scientiæ. Hinc primum periculum factum est completum Philosophiæ perficiendi systema. Hisce vero principiis inest tamen vitium, quo tota laborat Fichtiana speculatio. Assumit scilicet Fichtius cogitationem humanam absolutam esse activitatem nihilque omnino pati, unde determinationem illam et circumscriptionem nulli alii ponat necesse est ac sibimet ipsi. Cum igitur jam satis habere debuerat, si modo demonstrare potuisset, cogitationem necessita-

temque, cogitationi immanentem, tantummodo dijudicare posse atque discernere, utrum intellectus an res illa per se, vel denique hæc ambo, summum et ultimum esset principium quo omne niteretur Scire nostrum; assumit e contrario, sine ullo fere discrimine, nihil aliud præter intellectum ad cognitionem efficiendam postulari, ideoque intellectum summum esse atque ultimum cognoscendi principium vel absolutam illam activitatem, quæ omnem scientiam nostram ex se ipsa sola gignit et perficit. Cumque porro propius perquirere debuerat, annon determinatio illa et circumscriptio cogitationis humanæ, per quam solam explicare potest et indicare repræsentationum determinatarum principium, in alio quodam momento superiori necesse forsitan innitatur; immediate fere colligit, quod, cum intellectus summum sit et ultimum cognoscendi principium, hic ipse determinationem quamque sibi soli ponere potuerit. Non considerat scilicet quod hocce modo determinatæ repræsentationes per fictitiam omnino determinationem, ideoque minime, firmentur et statuuntur; nec perpendit, quod absurdum omnino videatur, fines supponere, quas, ab ipso intellectu libere positas, non idem tollere et transcendere posset. Per hos vero fines, sic incomprehensibiles, notionem objecti cujusdam externi, vel experientiam universam, comprehendere velle, idem omnino esset ac eundem non vel parum percipere. Posita sic ipsa cogitatione, notionem universalem et ejusdem et necessitatis, cogitationi immanentis ponere debuerat, et ex hac ipsa notionem, explicare, quasnam cogitationes producere possit

intellectus humanus, numque has suas cogitationes et absolute ex se ipso solo procreatas habere possit intellectus. His autem omissis præsupponit e contrario hocce necessarium actionum systema, quod per reflexionem tantum et abstractionem invenire studet. Cognitionem vero nostram de objectis externis hoc modo explicari non posse, facile intelligitur, sed in speciem tantammodo vanam et inanem abire, vel in errorem, necessariam forsân, conscientiæ vulgaris. Ex hacce rem tractandi ratione et positione arbitraria non nisi abstractas quidam Idealismus sequi videtur. In genere enim est observandum, nihil absoluti eo posse conflari, quod ex oppositis duobus alteram tollatur, servato altero, quo extra oppositionem ipsam positum evehatur in dignitatem absoluti cujusdam, quod quidem fieri non potest, nisi utroque servato et in unitatem supra utrumque elatam redacto.

Sic, ut Idealismi stator auctorque Barcleius, Fichtius etiam in eo errasse censendus est, quod, sumnota et in nihilum redacta rerum existentia, hanc in specie alia nobiliori objectis non redderet ³⁶⁾. Hæc existen-

³⁶⁾ Observare heic juvat Idealismum Dogmaticum Barcleyi purum esse Scepticismum realitatem objectorum impugnantem. Quod idem valet de subjectivo Idealismo Fichtiano, quamvis ceterum magna interest inter hæc duo systemata differentia. Hic autem realitatem mundi externi tollens Scepticismus distinguendus est a realistico, sic dicto, Scepticismi genere, quod causam realitatis tollendæ in ipsis quærit objectis eorumque natura quasi pendula semperque mutabili; dum Idealismus censet realitatem ob id summovendam esse, quod,

itæ vindicata est dignitas vera in Idealismo absoluto, ubi, quamvis omnem sustulisset cogitationi oppositam existentiam, eandem tamen in cognitione ipsa absoluta restituit. Ex jam dictis patere existimamus, Criticismo jam substructum esse fundamentum, quo ipse per se carebat, quatenus systema Fichtianum cogitandi formarum definitionem geneticam præbebat, de summo quodam principio deductarum; sed altera ex parte Criti-

si agnoscitur hæc, non possit explicari objectivitas cognitionis humanæ. Certe non est probanda ejusmodi realitatis sublatio. Postulat quidem ratio ut tollantur representationes nostræ de objectis quatenus hæc considerantur ut a subjecto diversa et eidem realiter opposita, sed requirit etiam ut id, quod tali modo fuerit sublatum, a ratione recipiatur et enuntietur tamquam aliquid, quod hæc ipsa sibi posuerit. Hinc patet nuper nominata, systemata in eo errasse, quod realitatem sublata rationi non restituerint ut aliquid eidem proprium. Hæc duo systemata ulterius comparanti sese offerunt momenta quædam memoratu digna. Quod objectis abrogaverat externis Barclæus, Deo quasi restituit, ut ad hunc pertinens; Fictius vero, qui sensu religioso non caleret, sed distinctionem haberet libertatis conscientiam, objectis erepta subjectivæ tradidit rationi, ratus hancce, ope restitutionis nominatæ, factam fuisse absolutam. Uterque omisit subjectum et objectum ad summam evehere in ratione unitatem, unde secutum est, ut alter cogeretur mediate tantum h. e. per Deum communicare quod huic sit necessarium ad cognitionem conflandam, alter vero, postquam subjecto vel potius rationi reddiderat quod per reflexionem falsam ab eadem abalienatum et in objecta translatum erat, auxilio postulati practici Absolutum quasi evocare ad communionem cum ratione subjectiva. Haud multum abfuit quin ambo, et Barclæus et Fictius in egoismum inciderent metaphysicum, quem tamen alter altero evitavit modo.

cismus ab eodem systemate rejicitur, quatenus hoc non extra rationem ponit cognoscendi principium reale, sed purum $\tau\theta$ Ego cognoscendi principium et ideale et reale adserit.

Si hoc itaque Philosophicum systema nihil permu-
taret eorum, quæ notionum, judiciorum et ratiocinatio-
num leges spectant, Logicam tamen ad Philosophiam
alio modo se jam referret necesse erat, quam Kantius
agnoscere voluerat, etenim non poterat sciendi scientia
Fichtiana aliam superiorem admittere disciplinam, ne
ullam quidem, quæ non ab ipsa penderet. Contendit
etiam illas cogitandi leges, quas contineat Logica disci-
plina, in ipsa sciendi scientia suas habere definitiones
geneticas ³⁷⁾. Logicam ut formalem disciplinam sepa-
ratim spectatam nullam esse philosophicam disciplinam;
hanc ut datum aliquid postulare cognitionem, quam e
contrario Philosophia ex ipso fonte deducat.

IX.

Consimilem fere de Logica fovet Schellingius senten-
tiam.

Ejusdem enim, ac Fichtius, vitii Schellingius etiam
se reum facit, quod scilicet $\tau\theta$ Ego absolutum $\tau\tilde{\omega}$ Ego
individuo, sic dicto, plane confuderit. Quæ vero inde

³⁷⁾ Der Wissenschaftslehre ordnete Fichte Logik und
Ontologie unter, und erklärte sie für die Philosophie selbst.
Vide ulterius hac de re in Jahrbücher für specul. Philos.
von Noack, erster Jahrg. IV heft.

pendent contradictiones et repugnantiae hic eo clarius exstant, quo minus eandem, ac Fichtius, significationem $\tau\omega$ Ego insitam vult Schellingius. Apud illum enim absolutum seu purum $\tau\delta$ Ego vere fuit idem, quoad et se ipsum ponit simulque aliud quoddam, $\tau\delta$ non-Ego, sibi met ipsi opponit. Hac ipsa oppositione absolutum illud, simulque fere peracta ejusdem cum $\tau\omega$ non-Ego mediatione, concretum quasi fit et individuum, et per multiplices repræsentationes objectivas determinatum. Ei igitur singulum quodque Ego in se vereque absolutum simul fuit. Schellingius e contrario aperte contendit absolutum illud unum tantummodo esse posse; finito igitur et individuo soli omnino esse necessarium sibi $\tau\delta$ non-Ego opponere, dum contra infinitum illud et absolutum, oppositionem quamque excludens, omne tantum sui simile sibi que constans vel realitatem omnino ponit. Contendit igitur Schellingius, absolutum illud non solum immanens verum etiam transscendens esse fundamentum, quo finitum $\tau\delta$ Ego innitatur. Quomodo autem absolutum $\tau\delta$ Ego in finitum illud abeat, nullibi omnino ostendit, sed potius immediate fere prodit finitum $\tau\delta$ Ego vel empiricum, ut etiam appellatur idem, simulque omnis eidem opposita objectivitas. Contendit ulterius, empiricum $\tau\delta$ Ego eidem, ac infinitum illud, absolutæ causalitati debere, quod idem omnino sit, objectis vero nihil omnino debere præter fines suas in genere finitamque suam causalitatem. Cumque ipsa objecta per absolutum solum suam habeant causalitatem, ideoque in et unacum $\tau\omega$ Ego empirico existant, necesse causali-

tas quæque τὸῦ Ego empirici simul sit causalitas quodam objectorum, quæ itidem realitatem suam complexioni soli omnis et totius realitatis, seu quod idem est, τῷ Ego debent. Objecta igitur in genere realitatem tantum habent, quatenus modificationes revera sunt absolutæ τὸῦ Ego realitatis ³⁸⁾.

Fictium vero, virum utique sagacissimum, fugere non potuerat, in intuito solum esse organon rite philo-

³⁸⁾ Dilucide jam prima heic intermicant scintillulæ speculationis Schellingianæ, proprie sic dictæ, quæ aliquanto denique posterius animos percutiens in lucem prodiit. Absolutum scilicet τὸ Ego (vel in genere absolutum, qua tale,) identitas heic erit τὸῦ Ego finiti vel subjectivitatis, et naturæ seu objectivitatis; ut vero modificationes ejusdem ipsa etiam objecta speciem sibi necesse induant illius τὸῦ Ego, seque sub forma τὸῦ non-Ego opponant finito soli τῷ Ego, cum hoc etiam non absolutum seu non tota sit realitas. Si enim absolutum illud sola sit et unica substantia absoluta, eaque porro sit τὸ Ego, tunc ideo omne ab et in eodem positum in τὸ Ego abeat necesse est, vel eadem erit pura secum identitas, ac τὸ Ego est. Hæc vero et ejusmodi sententiæ non solum nullibi exponere et demonstrare conatus est, sed etiam omnino repugnant Fichtianæ illi positioni fundamentali, de qua tamen tota exiit Schellingiana deductio. Primarium illud τὸ Ego, quod immediatum erit et reale scientiæ fundamentum, meum ipsius est, quod quidem etiam expresse sic indicat Schellingius. Si vero hoc meum ipsius Ego se ipsum ponit et ut absoluta causalitas se ipsum progignit et exhibet, nulla omnino quæstio existere potest de alio quodam Ego absoluto. Omne enim, cui nomen ipsum τὸῦ Ego contingit, hæc ipsa sola determinatione ut absolutum quoddam exstat; eritque igitur finitum quoddam Ego contradictio in adjecto; quod enim se ipsum ponit minime esse potest finitum, vel ex alio quodam pendens et determinatum.

sophandi, quem igitur, ut huic fini accommodaret, et dignitate liberum sui que arbitrum decrevit, nomineque intellectualis decoravit, quum eum, qua talem ita defini-
ret, ut esset activitatis intellectus primitivi, seu τοῦ Ego intelligentis, directa sui, sed in intellectu ipso eo-
que sui conscia, sibi que fixa, perceptio. At quia notio-
nem intellectus conceperat imperfectam, necesse erat, ut etiam intuitus hinc intellectualis, qui cognitionem
speculativam fulciret, abstractum quoddam schema ³⁹⁾
evaderet, ut potius dicendus sit adumbratio, et quidem
manca intuitus, quam verus intuitus ipse. Si autem in-
tellectus revera est actus, quo substantia, non τοῦ Ego
reflectentis, sed Divinitatis in τῷ Ego reflexæ, in men-
te continue posita, continue semet menti adfirmat; quid
sit intuitus ille intellectualis, nisi substantiale id verita-
tis absolutæ organon, per quod, tamquam lumen per
oculos, hæc a mente divina in mentem humanam insua-

³⁹⁾ Vulgaris illa Schematis definitio justo magis indeter-
minata nobis videtur; rector sine dubio ea est, quam Kan-
tius dedit in Crit. d. rein. Vern. p. 130, modo exempla ma-
gis adæquata et idonea elegisset. Illa enim definitio, quæ
vulgo circumfertur, ut sit scilicet Schema vaga quædam vel
saltem non satis determinata comprehensio lineamentorum
generalium præcipuorum, quæ propria sint plurium imaginum
singularium, potius nobis indicare videtur, quid intersit inter
schema et imaginem, quam inter illud et cogitationem, ac ne
satis id quidem. Nulla enim aliâ re ab imagine differt sche-
ma, nisi consilio subjecti generale solum spectantis. In sche-
mate igitur ad generale illud præcipue attendatur, unde eo
melius sit, quo pauciores sint determinationes speciales.

ditur ⁴⁰⁾. Jam vero patet, vel ipsam reflexionem sensualem tantum veri tenere. quantum ei inest potestatis ad intuendum, qua scilicet in ea reflexione perceptio objectiva nititur; sic etiam reflexionem rationalem tantum veri tenere, quantum in ea inest de eadem potestate, quæ scilicet rationem item aliquid subjective percipiendi constituit. Per se quidem intelligitur, utraque hæc genera veri, si separantur, tantummodo quasi particulam veritatis habere, ideoque, quoniam divisa et veluti dimidia veritas nulla est, re ipsa utrumque veritate, qua tali, esse destitutum. Inde necesse Sceptsis progignitur, seu genus reflectendi scepticum, quod medium aliquid inter empiricum et logicum, sed prorsus privativum est, vel iudicium de quolibet molimine cognoscendi desperans. Hæc vero diversa cogitationis molimina ideo vana sunt atque inania, quia verum absolutum alibi quærunt, quam in facto illo Divino, quod per ideas Ideæ sui, sive formas sui æque substantiales ac intellectuales, in mente se sistit menti revelandum. Hoc

⁴⁰⁾ Soll dass Ich Object des Wissens werden, so muss dies durch eine vom gemeinen Wissen ganz verschiedene Art zu wissen geschehen. Das unmittelbare Bewusstseyn dieser Identität ist das Anschauen, innerlich aber wird es die Intellectualale Auschanung; sie ist ein wissen, das Produciren seines Object ist: sinnliche Auschauung ist Anschauen das erscheint so, dass das Anschauen selbst vom Augeschaten verschieden ist. Die Intellectualuelle Anschauung ist nun Organ alles transcendentalen Denkens, überhaupt der Act des reinen Selbstbewusstseyns; Ich ist nichts anderes als ein sich selbst zum object werdendes Produciren. Vide ulterius Schellings system des Transcend. Idealismus p, 49–52.

sequitur, hæc ante esse statuenda, quam illa inde deduci possint. Quæ Logices nomine vulgo insignita sint, ea ad empirica philosophandi conamina pertinere ⁴⁴). Si Logica sit vera formæ scientia, quæ veram philosophandi artem doceat eam necessario esse dialecticam, id est, disciplinam, quæ unitatem in varietate commonstret et formis reflexioni originitus propriis absolutam scientiam exstruat ⁴⁵).

Ipsam vero Absoluti formarumque finitarum antinomiali atque necessariam illam societatem et vim ge-

⁴⁴) Vide Schellings Bruno, Ed. Ups. p. 113. B-Die Lehre aber, welche durch diese Unterordnung des Ganzen der Vernunft unter den Verstand entsteht, haben wir vor uns Logik genannt. Die Logik also, wenn wir diesen Gebrauch folgen, werden wir als eine blossæ Verstandeswissenschaft ansehen müssen? L. Nothwendig — B. Welche Hoffnung also zur Philosophie für den, welcher sie in der Logik sucht? — L. Keine -- etc.

⁴⁵) Schellingius scilicet, quæ sua fuit ingenii stupendi sagacitas, id jam adsecutus erat, ut speculationem a statione Idealismi modo subjectivi ad altiorem eveheret contemplandi gradum, ubi objectum, ne subjectiva quidem forma, conceptui oppositum manet, sed in ipsa subjecto — objectivitate illi non reflexive, verum absolute adunatur. At vero apud Schellingium scientiam absolutam, quæ ipsam ideam, qualis per se et sibi est, sistens has utrasque partes per se finitas, ipsa identitate, conceptus complectitur, ad finem perductam frustra quæris. Dialexis nimirum, quam non ut artem quandam specialem, sed ut necessarium elementum speculationis in explicatione conceptus positum, in Philosophiam Plato induxit, illi adeo defuisse videtur; ut si diversas speculationis Schellingianæ expositiones consideraveris, in illis nihil nisi conatus, admirandos quidem, altamen non prorsus felices, justam assequendi Philosophiæ formam invenias.

nerantem, quæ in Philosophia, perinde ut in poësi forma et materia, disjunctæ esse nequeant, efficere, ut una sit Dialecticæ pars, quam nemo discere possit, sed quæ ex ipsa vi generante pendeat. Si autem Logices nomen disciplinam mere formalem denotat, cognitionis materiæ oppositam, eam ipsa notionis vi Philosophiæ oppositam esse disciplinam, siquidem hæc formæ materiæque unitatem absolutam sibi sumat exponendam. Eam itaque mere empiricam esse disciplinam, leges intellectus ut absolutas exponentem.

X.

Ab illis, quarum jam fecimus mentionem, Logicam tractandi rationibus, valde abhorret ea, quam pertentavit Hegelius ⁴⁶⁾, eo præcipue, quod negationis vim et efficaciam primus plane perspexit. Est enim negatio principium motus, vitæ, sensus, actionis, cogitationis neque solum principium horum in hac propria determinatione, ut scilicet vita, motus etc., sed principium in univ ersum cum non possit principium sine negatione ullo modo cogitari. Omne enim principium, quo incipit et oritur res quædam, realis est negatio status præcedentis, atque potentialis sive Idealis positio status subsequentis. In principio tota res idealiter continetur; ipsa

⁴⁶⁾ Vide C. F. Bachman: Ueber die Philosophie meiner Zeit p. 240. Aus der Phænomenologie des Geistes entwickelte sich Hegels Wissenschaft der Logik. Diese Logik unterscheidet sich von allen bisherigen dadurch, dass sie Metaphysik ist, und eine Reform der Wissenschaft bewirken soll.

vero, qua tale, absolutum illud subjecto — objectum est intuitus speculativi, cujus notionem, partim antiquatam, partim degeneratam, primus iterum detexit Schellingius, qui, universæ rei speculativæ reformator, si brevius quam e re forsân, in disquisitionibus dialecticis circa prima philosophiæ elementa fuerit commoratus, excusationem in eo justam habebit, quod ad summa festinare coactus esset, ne tempus illum dēficēret ad opus instaurationis absolvendum ⁴¹⁾. Nam eas necesse erat stationes meditationis quæ non minus ipsi, quam præcipue sectatoribus erant emetiendæ, prius, percurrere, quam cognitionem philosophicam, e spatio vacuo reflexionis abstractæ, in vitam de integro revocare posset ⁴²⁾. Jam vero in illa statione, ubi verum seu reale summum non nisi ut subjecto-objectum absolutum erat descriptum, intuitus quoque veri non aliter fuit descriptus nisi ut

⁴¹⁾ Schellingius ipse, in Intelligenz Blatt N:r 165 im Jahre 1796, hæc fere verba dixit: Mein zweck sey die Philosophic von der Erlahmung zu befreien in welche sie durch die unglücklichen Untersuchungen über einen ersten Grundsatz der Philosophie unausbleiblich fallen musste, zu beweisen, dass wahre Philosophie nur mit freien Handlungen beginnen könne.

⁴²⁾ Die Aufgabe der Philosophie ist die Idee des an sich selbst unbedingten Wissens. Die Philosophie soll die eine wahrhaft absolute Erkenntniss, die ihrer Natur nach auch eine Erkenntniss des Absoluten und das Absolute selbst ist, bis zur Totalität und bis zum vollkommen Begreifen des Allen in Einen verfolgen. Vide Schelling üb. d. Methode des Akad. Stud. p. 11.

ipsa ejus subjecto-objectiva in mente enuntiatio ⁴⁹⁾. Quod quidem ita sit, modo ne enuntiatio hæc ita intelligatur, quasi sit mera aliqua formula logica, etiamsi per formulam dialecticam, principium scilicet identitatis et contradictionis, quadamtenus exprimi possit. Ut enim Factum illud Divinum, quod per intuitum illum se in mente menti adfirmat, vivens ipsum est et substantiale absolutum, sic eodem Facto intuitus vivens quoddam et substantiale redditur, quo intellectus essentiam suam contemplatur. Atqui id quod substantiale est, numquam capitur cogitatione sola, a sensu separata. Hinc reflexio speculativa, vel reflexio intuitu intellectuali subnixa, id cum reflexione sensuali habet commune, quod nihil percipit, nisi quod sentit; unde ut illa, sic etiam hæc, nil percipit quod non directe vel positive intuetur. Experienciã igitur sed internã insistens, Philosophia et ipsa, sensu potiori, dicenda est cognitio empirica.

Hujus vero systematis ulteriora prosequi instituta ratio vetat; at ex jam dictis satis patere putamus, principia Logices absoluta esse non posse statuere Schellingium, sed e summis sciendi principiis deducta, unde

⁴⁹⁾ Ich ist sogleich Ich=Ich, Ich bin für mich Selbstbewusstseyn, so bin Ich Subject-Object. Die Wissenschaft kann vom nichts objectiven ausgehen sondern vom Nicht-Objectiven, das sich selbst zum Objecte wird als ursprüngliche Duplicität. Ich bin für mich, mir Gegenstand, die Beziehung von Beiden, Ich als subject und Ich als Object, ist nur Ich — Ich ist nur diese Einheit Beider; es ist Subject — Object. Vide Schelling System des Transscend-Idealismus. P. 55—58 e. p. l.

De
**præcipuis Philosophorum recentioris ævi
Logicam tractandi rationibus**

Dissertatio Historico-Critica.

Quam

Consentiente Ampl. Ord. Philos. Lundensi

P. P.

JOHANNES AUG. AHLANDER,

Philos. Mag.,

et

OTTO MAGNUS LINDQVIST,

Smolandi.

P. III.

In Acad. Carol. die XI Junii MDCCCXLIX,

h. a. m. s.

Lundæ,
typis Berlingianis,
MDCCCXLIX.

immanens est et quasi proprius horum principiorum motus. Totam igitur Conceptus evolutionem sistit Logica, apud Hegelium e duabus partibus quasi conflata, Objectiva scilicet et Subjectiva, quarum illa priori Metaphysicæ, vel proxime Ontologiæ respondet, hæc vero ipsum per se conceptum exponit, per sua, quasi interna, momenta sese evolventem, sublata scilicet omni ejus ad externum quoddam relatione ⁵⁰).

Ut vero hanc Conceptus evolutionem exponere possimus, necesse est ut paucis antea lineamentis depingere conemur, quomodo ad ipsam Conceptus notionem pervenerit Hegelius, ideoque capita quædam fundamentorum universorum ipsius systematis perstringamus necesse est.

Omne scilicet in Philosophia studium in eam semper intentum fuit rationem enodandam, quæ inter τὸ Cogitare et τὸ Esse, vel, ut hoc a Philosophia recentiori intellectum est, inter libertatem mentis et naturæ necessitatem intercedat. Quæcumque vera Philosophia quæstionem hancce ita absolvit, ut rationem vel oppositionem earum ad radicem unam reduceret, ubi in unitatem primitivam reconciliarentur et cõrent diversa. Talem revera existere unitatem; supervacaneum est demonstratione ostendere, quia postulatio ejusdem et in

der Dinge in Gedanken gefasst, welche dafür galten die Wesenheiten der Dinge auszudrücken.

⁵⁰) Hegels Werke III Band, Wiss. d. Logik, erster Theil pp. 49—52.

unaquaque cognitione insidet et cum vita substantiali mentis intime cohæret. Negatio absoluta existentiae Dei, — nam hacce forma opinio vulgaris unum illud indiscernibile comprehendit — esset dementia: atheismus, nisi ad fixam fidei normam relatus, cogitari nequit. Omnia autem inde pendent, quomodo hoc unum sit comprehendendum.

Quæ quidem ipsa disquisitio caput est Philosophiæ; ita ut illa tantum expedita, et veritate suæ de hac re doctrinæ demonstrata, prout principium in se continens, quo omnis rerum finitarum diversitas et oppositio et ponatur et tollatur, systema quodcumque hoc tam gravi nomine dignum fiat. Considerantibus jam nobis, quousque, in indagando hoc argumento præcipuo Philosophiæ, systema quod vocant Identitatis pervenerit, ex allatis jam patet, unum illud absolutum ab eo ita definitum fuisse, ut resolvatur ibi, quasi in indifferentia quadam diversorum, oppositio cogitati et entis, subjectivi et objectivi. At simul caussa in propatulo est, cur hæc summa Philosophiæ Schellingianæ Hegelio non potuerit satisfacere. Hæc enim in eo potissimum est quærenda, quod hæcce Philosophia oppositionem licet dialectice tollens, hanc identitatem tamen eam fecerit, qua opposita libera et qualitative diversa, utut bases et acida, in quibus via Chemica conjunctis nulla amplius diversitatis vestigia apparent, penitus interierint. Quo factum est, ut absolutum illud oppositionem diversorum in se quidem deleret, at non posset hanc denuo ex se ipso explicare. Celavit igitur Philosophia Schellingiana diversitatem magis in nocte Absoluti, quam eam ad unitatem

illud in se actualiter ut virtuale momentum habet. Hæc est omnis vitæ et cogitationis periodus.

Sic fere censet et iudicat summus hic Logices restaurator Hegelius, Philosophos in eo præcipue errasse, quod Logicam mere formalem disciplinam esse statuerunt, quam e contrario veram esse Philosophiam primam, eamque solam Metaphysicæ adferre realitatem, quare in Philosophia reformanda a Logica reformata initium capi oportere ⁴⁷⁾. Logica enim non solum circa nudam illam cogitationem subjectivam versatur, ut operationem quandam intellectus spectatam, sed deducit etiam et exponit meras Categorías seu simplices illas in universo se manifestantes veritates immutabiles et fundamentales.

Ut ideo Logica et Metaphysica ab initio unam eandemque constituunt scientiam, sic in mente postra logicum illud Cogitare et metaphysicum, vel, quod idem est, Cogitare, qua tale, et Cognoscere sese quam intime adunata atque conjuncta evolvunt. Logicam enim, ut dicunt, de quaque materia abstrahere debere, nihil aliud potest significare, ac eandem de eo abstrahere, quod scilicet cogitare nostrum in applicatione quasi semper versatur, id est, ad objectum aliquod definitum et de-

⁴⁷⁾ Hegels Werke VI B. p. 49 Betrachten wir dem Bisherigen zufolge die Logik als das System der reinen Denkbestimmungen, so erscheinen dagegen die andern philosophischen Wissenschaften, die Naturphilosophie und die Philosophie des Geistes gleichsam als eine angewandte Logik, denn diese ist die belebende Seele derselben. Cfr. Phænom. des Geistes p. 29.

terminatum refertur, vel aliis verbis, quod dum cogitamus, semper simul itidem cognoscimus. Negari quidem non potest, Philosophos certo quodam jure Logicam ut singularem quandam scientiam tractare potuisse, modo ne oblivioni plane reliquissent, quod ejusdem a Metaphysica diremtio idealiter tantum fieri possit, ideoque *eo* Cogitare et Cognoscere revera semper connexa esse atque conjuncta. Quamquam vero ita Logica, a Metaphysica plane separata, vana omnino esset atque inanis, minime tamen eas inter se liceat confundere; cum scilicet, si cogitare nostrum a cognoscere separetur, in formis illis cogitandi nudis multa possint inveniri, quibus nihil omnino revera respondeat, non tamen fines eorum rite constitutas et determinatas ex arbitrio liceat evertere et ex legibus solius cogitationis existentiam deducere objectorum, si quidem saltum quendam haud ita probandum evitare volumus ⁴⁸⁾.

Sunt igitur Logica et Metaphysica, forma et materia in hoc Hegelii systemate indissolubili ratione conjunctæ ⁴⁹⁾, quod quidem indicat methodus ipsa, quæ

⁴⁸⁾ Peccarunt igitur in eo priores Philosophi, quod Logicam tantummodo fere formalem esse disciplinam statuerunt, idque non minus Fichtius ac Schellingius; ipseque Bardili, etiamsi ejusdem Logicam tractandi ratio ab illorum aliquantum abhorret ejusque disquisitiones maxime sunt subtiles atque sagaces, tamen nobis videtur haud satis prospero successu Logicum suum systema extruxisse.

⁴⁹⁾ Hegels Werke VI, Encycl. Logik p. 45. Die Logik fällt daher mit der Metaphysik zusammen, der Wissenschaft

Libertas enim eo continetur, quod nihil sit extra mentem, quod non ipsa sit, vel quod in altero sui se cognoscat ipsam et sit apud se sibi que. Mens igitur in altero se non amittit, sed potius sustinet et efficit, ad concinens, secum id conformat et ita se sibi in altero objicit et manifestat. Attamen menti non est subjungendum argumentum quoddam cujus manifestatio forma tantum sit ab eo diversa. Mens non aliquid manifestat sed notio et argumentum ejus hac ipsa manifestandi efficacia conficitur. Quod mens manifestat, argumentum non est a forma separatum; forma manifestationis ejus nihil aliud est nisi argumentum, quod iterum nihil nisi manifestandi efficaciam continet. Argumentum et forma in mente igitur absolute coeunt, cujus possibilitas in se jam veritatem infinitam, absolutam involvit ⁵⁵). Quod vero mens in se ponat discrimen, quod se a semet abalienet, et alteri sui omnia, quæ in ipsa sint, condonet, eo naturæ oritur notio, proprie sic appellata. Deum naturam creasse, quod dicitur, id igitur philosophice significat, ideam æternam e simplici suo in-se-esse (Insichseyn) egredi, ut se sustineat sibi que fiat manifesta. In natura mens quasi extra se rapta

und Inhalt ist dieses offenbaren selbst. Seine Möglichkeit ist daher unmittelbar unendliche absolute Wirklichkeit. p. 27.

⁵⁵) H. W. VII, Encycl. III, Phil. d. Geistes p. 28: Form und Inhalt sind also im Geiste mit einander identisch. Der wahrhafte Inhalt enthält also in sich selbst die Form, und die wahrhafte Form ist ihr eigener Inhalt. Cfr Phil. d. Religion. Th. 1 pp. 38—39.

est, formaque se induit immediata et externa. Imaginem usurpans Hegelius itaque etiam naturam bacchantem appellat Deum, qui se neque continere possit nec dominari; idem fere significans ac Schellingius, dum hic eam intelligentiam petrefactam vocat⁵⁶⁾. Verum enim vero menti utpote quæ essentiali sua natura efficacia sit se sibi conciliandi, et quæ mediatione vigeat, non potest satisfacere illa forma externa et immediata. Ostendit jam natura nisum ad diffusionem suam externam in centralitate recipiendam, et se ipsam, quæ membris jacet immensis porrecta, in se quasi colligendam; ita ut quo præstantius id sit quod protulerit et genuerit, eo etiam clarius ad hanc unitatem internam partium attingendam tendat; quo nisu universo supra progressum infinitum tamen pervenire nequit. Mens, penitus in media natura quasi dormiens, formam hancce naturalem igitur rumpit, quia ibi existentiam sibi convenientem non invenire potest, et e vinculis materiæ liberata sui conscia emergit. Ea forma notioni suæ et essentiæ aptiore et magis consentanea gaudens naturam sibi objicit mens et externam ejus multitudinem et varietatem in unitate et simplicitate conscientiæ excipit, cogitationi subigit, idealemque reddit. Attamen hocce mentis sibi

⁵⁶⁾ H. W. VII, Enc. Nat. Phil: Die Natur ist der sich entfremdete Geist, der darin nur ausgelassen ist, ein bacchantischer Gott, der sich selbst nicht zügelt und fasst, in der Natur verbirgt sich die Einheit des Begriffs. Die natur ist aber nur ansich die Idée, daher sie Schelling eine versteinerte nannte.

vivam et veram potuit conflare. Quod vitium essenziale, quo adhuc laboravit, acutissimus ille perspexit Hegelius, cujus indefessa opera et ingenio sublimes magnum id assecuta est Philosophia, ut absolutum non amplius uti vorago, ubi omnia submergantur et intereant, comprehenderetur, sed tamquam libertas oppositionem et in se procreandi et denuo tollendi, cum se ipsum in alio cognoverit, idque adeo secum reconciliarit. "Omnia ex mea sententia; inquit Hegelius ⁵¹⁾, in eo posita sunt, quod Absolutum non solum ut substantia, sed etiam ut subjectum sumatur": quibus verbis conscientiam claram significat veræ et propriæ indolis speculationis, cujus auctor evasit.

Fecit igitur principium pro τῷ Esse το Cogitare, pro substantia et necessitate subjectum et libertatem absolutam, pro natura mentem. Mens sola hoc unum æternum, semper se in alio procreans et efficiens, esse potest, quod sit absolutum necesse est. Mentem veritatem esse et omne verum, palmaris igitur etiam est positio Philosophiæ Hegelianæ, in indaganda notione mentis vel, quod idem est, in exquirenda natura æterna et absoluta cogitationis præcipue versantis ⁵²⁾. Jam

⁵¹⁾ Hegels Werke II, Phænomen des Geistes p. 14.

⁵²⁾ Ut in sententia nostra percipienda lux lectori adspargatur, paucis hic verbis processum cogitationis dialecticum per formas præcipuas adumbrare lubet: Cogitatio scilicet, quum incipit, nihil est; quam tamen quum ediximus sententiam, jam nihilum reliquimus; quod sic fieret necesse fuit, quia nulla in eodem inerat semet ipsum stabiliendi atque con-

enim antiquiores illi *Metaphysici* perspexerunt, *essentiam* mentis nihil aliud esse nisi *cogitationem*. *Notissima* sunt hunc in finem verba *Malebranchii*: *Essentiam* mentis ex ipsa *cogitatione* constitui ⁵³).

XI.

Essentiam itaque *mētis* in *libertate* et *manifestatione* posuit *Hegelius*, qui *posteriorem* hanc *definitionem* *explicationem* tantum et *fructum* *prioris* voluit esse ⁵⁴).

firmandi vis. *Negatum* igitur in *τὸ* *Esse* statim abiit. *Quod* *verò* sic prodiit *Esse*, *nihilo* oppositum, *nihil* habet, per quod a *nihilo* distinguatur. *Quod* cum ita sit, *extra* se invicem permanere non possunt, sed alterumjam in se, jam in opposito est, in se invicem continuo transeunt; quo in transitu *notionem* maxime abstractam *τὸ* *Fieri* conspiciere licet, quod sic antecedentia illa ut momenta continet, quæ, quamquam *revera* eadem, *opposita* tamen sunt etse invicem definiunt. Ita *τὸ* *Esse* a *nihilo* definitur, semper *verò* eadem sunt, quare semet ipsum definire dici potest *τὸ* *Esse*. Ipsum sui finis est; unde *notio* emergit *Concreti*. Tali *verò* modo se definiens *τὸ* *Esse* oppositum *nihilum* excludit. Sed hoc in principio idem est ac *τὸ* *Esse*, ideoque eadem via dignitatem *concreti* sibi acquisivit. Neque tamen hæc *concreta*, qua talia, alterum in alterum abit, sed se invicem excludunt, hoc est ad se invicem referuntur. In *relationem* sic incidit *cogitatio*. Ideoque non solum *se* *Cogitatio* *materiam* suam habet, sed ipsa etiam *mate-*
iei quam intime inhæret in eaque versatur.

⁵³) Vide *Malebranche*: *De la recherche de la verite*, T. II, LIII. "L'essence de l'esprit ne consiste que dans la pensée.

⁵⁴) *Hegels Werke* VII, *Encycl.* III, *Phil des Geistes*: *Die Bestimmtheit des Geistes ist daher die Manifestation. Er ist nicht irgend eine Bestimmtheit oder Inhalt, dessen Ausserung oder Ausserlichkeit nur davon unterschiedene Form wäre, so dass er nicht Etwas offenbart, sondern seine Bestimmtheit*

est ipsa ⁶⁰⁾. Eadem vero illa potestatis et realitatis oppositio, quæ heic occurrit, in lucem etiam prodit in repugnantia, quæ inter libertatem et necessitatem locum tenet; unde etiam Conceptus unitas ponendus est libertatis et necessitatis sibi invicem! repugnantium, ideoque vera erit libertas, qua talis ⁶¹⁾ Uterius vero Conceptus, uti necessitas semet manifestandi consideratus, in sese, manifestatione peracta, regreditur; eandemque heic præbet naturam et scilicet in hac sui manifestatione et in hoc suo in se recessu; eâ tantummodo differentiâ, quod in se regrediens locupletior aliquantum et concretior sit factus; estque siccine Conceptus veritas et unitas τὸν Esse et Essentiæ ⁶²⁾, quæ ambo in eundem quasi in principium suum et fundamentum redierunt, dum idem contra e τὸν Esse, qua-

⁶⁰⁾ H. W., Encycl. Logik §. 157. Dieser reine Wechsel mit sich selbst ist hiemit die enthüllte oder gesetzte Nothwendigkeit.

⁶¹⁾ H. W., Log. §. 159 p. 312: Der Uebergang von der Nothwendigkeit zur Freiheit oder von wirklichen in den Begriff ist der härteste, weil die selbständige Wirklichkeit gedacht werden soll, als in dem Uebergehen und der Identität mit der ihr andern selbständigen Wirklichkeit, alle ihre Substantialität zu haben; so ist auch der Begriff das härteste, weil er selbst eben diese Identität ist.

⁶²⁾ Der Begriff ist hiemit die Wahrheit des Seyns und des Wesens, indem das Scheinen der Reflexion in sich selber zugleich selbständige Unmittelbarkeit und dieses seyn verschiedener Wirklichkeit, unmittelbar nur ein Scheinen in sich selbst ist. H. W., Enc. Log. §. 159.

si e fonte quodam, profluxit. Illa quidem hujusce processus pars censi potest velut in semet immersio quædem ipsius $\tau\omicron\upsilon$ Esse, cujus sic internum develatur; hæc vero, quomodo ex imperfectiori prodeat perfectius quodam, indicare censeatur. Est igitur Conceptus cogitatio pura, in qua rejicitur repugnantia quæque $\tau\omicron\upsilon$ Esse et Cogitationis atque deletur; fugit vero, quoad potest, $\tau\omicron$ Esse determinationes cogitationis, et, processui sempiterno inhærens, definitionibus cogitationis, ut ab Hegelio vocatur idem, male-infinitum illud opponit. Hoc vero infinitum, uti finito oppositum, nihil est nisi finiti negatio, ideoque ipsum definitum et determinatum ⁶³⁾; principium enim et fundamentum omnis determinationis est negatio, ut jam dixit Spinoza: "omnis determinatio est negatio".

Vulgaris illa opinio res singulares et determinatas jam considerat ut positivas tantum, easdemque retinet et complectitur sub forma tantummodo ipsius $\tau\omicron\upsilon$ Esse. Per hanc vero solam formam nihil omnino definitur et absolvitur, est enim $\tau\omicron$ Esse simplex illud et omnino vacuum. Tollitur vero jam $\tau\omicron$ Esse cogitationi oppositum, et quidem cogitando in cogitatione tollitur, a cogitatione determinatur. Hoc vero Esse seu immediatum,

⁶³⁾ H. W., Enc. Log. §. 94. Diese Unendlichkeit ist die schlechte oder negative Unendlichkeit indem sie nichts ist, als die Negation des Endlichen, welcher aber ebenso wieder entsteht, somit ebenso sehr nicht aufgehoben ist, — oder diese Unendlichkeit drückt nur das Sollen des Aufhebens des Endlichen aus.

— esse (Fürsichseyn) eo adhuc laborat defectu, quod sit immediatum et abstractum illud. Conscientia enim sui, etsi se in natura externa sibi obversante agnoscat, eamque etsi sibi vindicet, eandem tamen, ut sibi sit, præmittat seu supponat, necesse est. Est igitur adhuc finita mens, et cancellis quibusdam circumscripta, quos nisi tollat, libera et tamquam causa sui sibi esse nequit. Hoc perficit mens absoluta, quæ oppositionem mentis manifestatæ, sive naturæ et mentis sui consciæ penitus delet. Mens absoluta sibi est tamquam naturam et mentem finitam procreans, quæ formationes se esse ostendunt, quibus ad absolutum suum sibi-esse perveniat, et quibus utatur, ut sibi reddatur manifesta, ut identitatem efficiat notionis et realitatis suæ possibilitatis et actualitatis. Ita se intuens mens absoluta æque sempiternæ est in se, in abalienationem sui abit, ad se revertitur, ac reversa identitatem sui secum efficit ⁵⁷). Systema autem dicitur id, quod ita in se concluditur, ut finem ac medium in principio habeat, id est, nunquam ex se egrediatur, sed evolutione sua in se usque revolvatur ⁵⁸). Est igitur mens, sive cogitatio, tale systema; omniaque quæcumque veram agunt vitam, ejus-

⁵⁷) H. W. VII. Philos. d. Geistes §. 554. p. 440. Der absolute Geist ist eben so ewig in-sich-seyende, wie in sich zurückkehrende und zurückgekehrte Identität.

⁵⁸) H. W. III. Wissenssch. d. Logik. 1, Einleit: Das wesentliche ist eigentlich, dass das Ganze ein Kreislauf in sich selbst ist, worin das Erste auch das Letzte, und das Letzte auch das Erste wird.

modi sequuntur systema. Estque sic procreatio sui æterna, vita immortalis, nullis circumscripta cancellis libertas, sempiternum in altero sui apud-se-esse (ansich-seyn).

Tali modo commercium, quod inter mentem et naturam intercedat, in quo emodando summa semper opere versata est Philosophia, explicuit systema Hegelianum, essentiam veram mentis acriter pervestigando. Inventio methodi absolutæ, quæ illa etiam Hegelio debetur, non nisi hocce opere immortalis possibilis evasit, cum Hegelius illud Schellingianum punctum adesse, ubi ipsum absolutum et scientia absoluta coëant, vere comprehenderet et explicaret. Nam methodus est, secundum Hegelium, nihil aliud ac ædificium totius in essentia sua pura exstructum ⁶⁹).

Hanc sui procreationem, hanc ipsam cogitationis vim potestatemve semet manifestandi Conceptum jam Hegelius vocat. Ubi vero potestas inest, ibi realitas quoque necesse insit; est enim hæc quasi potestas illius, id est potestas ipsius potestatis, illa ideo hujus realitas; a se igitur invicem pendent, unaque, ab altera destituta, cogitari nequit, eædem omnino sunt. Utraque necessaria est positio, veraque earum unitas necessitas

⁶⁹) H. W. III, Wissenssch. d. Logik 1; Einleit: Die Methode ist nichts anderes als der Bau des Ganzen in seiner reiner Wesenheit aufgestellt. Alioque loco: Die Methode der Logik muss diejenige seyn, wodurch sie allein fähig ist reiner Wissenschaft zu seyn.

quod negatione sui ipsius in semet quasi mediatum reddit, se ipsum respicit, vel sic etiam mediatum illud, quod respectu sui quasi immediatum tollitur, Essentia est. Sic igitur τὸ Esse, ut negatio jam cogitationi supposita, rursus neganda, consideratum, subinde ut species vel apparens quoddam citoque perituum prodit, in quo jam sese manifestam reddit cogitatio, Essentiam ipsius τοῦ Esse apparentis efficiens. Essentia porro, ut quæ negatione sui sibimet ipsi mediat, relatio est sui ipsius, modo simul referatur ad aliud, quod tum non ut immediate existens, sed ut jam positum consideretur et mediatum. Nondum tamen periit τὸ Esse, sed ipsa primum Essentia, ut simplex sui relatio, idem ac τὸ Esse revera est; deinde vero τὸ Esse, cum ex restricta sui determinatione ut immediatum consideretur, in negativum tantum depositum, in speciem quandam abit. Essentia sic in τὸ Esse abit, quod jam sibi apparet. Sensus itaque evolutionis est, Essentiam ε τῶ Esse abstracto explicatam, nihilo tamen minus principium esse ipsius τοῦ Esse, atque Conceptum, ut qui hac conficitur suppositione et positione mutua, principium illud movens esse et Essentiæ et τοῦ Esse. Hic processus evolutionis conceptus, quem jam supra adumbrare conati sumus, in Logica exponitur Objectiva, quæ sic dicitur, quoniam quasi extra conceptum posita est hæc evolutionis pars, progrediturque a τῶ Esse ad Essentiam, quarum rerum illa cogitati, hæc cogitationis partes agit ⁶⁴).

⁶⁴) Quod heic aliquot in locis verba cel: Philosophi Snell-

Quomodo ulterius Conceptus etiam sit unitas cogitantis et cogitationis in Logica proponitur Subjectiva, ita nominata, quoniam omnis jam positio positio est ipsius conceptus: Ut jam cogitatio mera abstractio vulgo ponitur, sic et cogitationes conceptus habentur abstracti. Conceptus ideo, quia talis, in se continet momentum universalitatis, et liberam sui similitudinem in determinatione sua; abstractio enim ipsa determinationes rejiciens, easdem negat, qua utique negatione determinatur ipsa. Sunt vero determinationes jam negationes, in quibus negandis posita est et continetur abstractio ⁶⁵). "Hac negatione Conceptus vera determinationes negationes sui esse negat". Enim vero cogitationis parro est, *τὸ* Esse determinando Universale reddere. Conceptus ita, in determinatione quavis sui similis persistens, ipse Universale est. Hic cum in uno eodemque et identitas sit et oppositio, in se directionem habeat necesse est et particularitatem; nam in eo ipso, quod determinationem supponit, disjunctionis est sui a semet ipso, seu Particulare, qua in determinatione immutata fere adhibuimus, nobis a Lectore benevolo veniatur, facile ei concedentibus, nos veram et genuinam, hisce transitibus dialecticis inhabitantem, sententiam aliis verbis melius et accuratius reddere non potuisse. Cfr. dissert. Ejusdem de Absolutism Systematis Hegeliani Ejusdemque Lärobok i Logiken, Sthm 1840.

⁶⁵. Perversum omnino videtur assumere, priores esse res existentes, quæ representationum nostrarum præbent materiam, ad easque deinde accedere subjectivam nostram activitatem, quæ sic per operationes abstractionis et reflexionis, sic dictæ, rerum notiones et conceptus formaret. Conceptus e contrario prius revera est, resque existentes tantum sunt, quoad in intellectu se præbent, conceptuque exstant.

minatione universale jam manet inturbatum sui que simple persistit. "Ulterius vero jam progreditur Conceptus determinationem sui negat fitque ita Singulare, negatio negationis, seu absoluta evadit negatio, ut in se reflexio determinationum universalitatis et particularitatis, quarum quidem inter se unitas hæcce negativa rursus est illud in se sibi que determinatum, simulque sibi persistens, Universale" ⁶⁶). Hoc momento absolutæ negativitatis vertitur conceptus, qui, utpote negatio negationis, in hac tollenda contradictione in positivum seu identicum abit, atque ita primum immediatum seu simplex universale restituit. In hac unitate negativi et positivi, qua immediatum primum restituitur, in semet ipsam relabitur cognitio; et quemadmodum primum fuit universale, sic etiam finis, qui per momenta hæcce abstracta obtinetur, unitas est, singulare concretum, subjectum, quo universale non tantum per se, sed etiam sibi exstat. "Sic est sane Universale negatio determinationis eadem, quæ vero in Singulari, qua tali, existit". Hic, dialectici formali finita, realitas cognitionis incipit, quæ a momento simplicitatis, immediati restituti, jam ad negationem agitur, ab hac rursus ad mediationem

⁶⁶) H. W., Enc. Log. §. 163: Der Begriff als solcher enthält die Momente der allgemeinheit, als freier Gleichheit mit sich selbst in ihre Bestimmtheit, — der Besonderheit, in welcher das allgemeine ungetrübt sich selbst gleich bleibt, und der Einzelheit, als der Reflexion in sich der Bestimmtheiten der Allgemeinheit und Besonderheit, welche negative Einheit mit sich das an und für sich bestimmte und zugleich mit sich identische oder Allgemeine ist.

et sic in perpetuum hanc continuans determinationum seriem, concretior semper et ditior facta, Systema conflict Totalitatis. Jam vero Singulare, prout per suam ipsius determinationem sese modificat, Particulare etiam est. "Quod idem sic in omni Judicio positum est." At vero abstracta est hæc unitas, nam Judicium positio est vel manifestatio Conceptus uti particularis, uti respectus momenta sua discernentis, quæ quidem ut sibi existentia simulque sibi, non vero inter se invicem, identica posita sunt. Dum igitur ipsius conceptus momenta tali modo quasi extra se invicem distinentur, nondum positus est totus conceptus, sed in diremptione quadam sui adhuc versatur. In Judicio enim considerando, partes ejusdem, ex quibus constituitur, Subjectum scilicet et Prædicatum primum contemplamur ut a se invicem diversas, per se persistentes; si vero jam propius rem intuemur, cum copula illa, Est, Prædicatum de ipso Subjecto enunciat, hæc externa et quasi subjectiva subsumtio denuo tollitur, totumque Judicium, qua tale, ut determinatio quædam ipsius rei, de qua quæritur, consideratur; et sic externa illa in se invicem coeunt, in Subjecto existentiam habet Prædicatum; illud, ut negativa sui relatio, firmum est fundamentum, reale, in quo Prædicatum, ut ideale quoddam subsistit, quasique subjecto inhæret; cumque porro Subjectum vulgo saltem et immediate sit concretum, determinata Prædicati materia una tantum est e multis Subjecti determinationibus, unde Subjectum Prædicato ditius sit et latius. Altera vero ex parte Prædicatum ut universale sibi

constans, et indifferens, sit hoc subjectum necno, complectitur Subjectum idemque in se adsumit, unde omnis Subjecti realitas in Prædicato sita est, illud igitur ideale erit, hoc autem reale vel essenziale; estque sic Prædicatum Subjecto latius. Determinata Prædicati materia sola efficit utriusque identitatem. Syllogismus tandem unitas est vera Conceptus et Judicii; Conceptus scilicet est, ut simplex illa identitas consideratus, in quam formales Judicii differentiæ jamjam coiverunt; est vero Judicium, quoad in realitate simul, id est, in diversitate determinationum positus est. "In Syllogismo igitur totus et completus prodit Conceptus et quidem manifeste in Syllogismo Disjunctivo, ubi cum totum particularium, Universale, tum Particulare, tum particularia excludens, Singulare esse enuntiatur". Ut Conceptus æque ac Judicium sic etiam Syllogismus ut forma tantum subjectivi nostri Cogitare considerari solet; ideoque Syllogismus quasi fundamentum esse Judicii dicitur. Respicit quidem semper Judicium Syllogismum, non vero Agere nostrum subjectivum hunc processum producit, sed ipsum Judicium est, quod se sub forma Syllogismi ponit, in eodemque ad unitatem revertitur Conceptus, Est ita Syllogismus positio vel manifestatio Conceptus, uti Singularis, veramque sic præbet unitatem Conceptus atque Judicii; Per judicium igitur Conceptus in sua momenta dirimitur, ideoque determinatur, negatur vero in Syllogismo et tollitur iterum tota hæc determinatio. Habet itaque in Syllogismo Conceptus suam præ se naturam, eandem contemplatur, sibi ob-

icitur, Objectum fit. Per Objectum jam vulgo intellectum volumus non solum reale aliquid, rem in genere existentem, sed etiam concretum quoddam, in se perfecte substantiale; qua quidem perfecta integritate ipsa totalitas efficitur Conceptus. Quod objectum porro res est, h. e. ut externum quoddam sese præbet, propius determinabitur, quoad se Subjectivo opponit. Sic notioritur Subjecti, i. e. Cogitantis. Ut jam in judicio Conceptus partes agit nexus interni, sic in Objecto, ut causa finali, auctor est semet ipsum e trinis Objectivitatibus liberandi⁶⁷⁾. Hanc igitur sui negationem, notionem Objecti, negat Conceptus, in causa finali semet recuperans, objectum ideo tollit, sui conscius fit. Per hunc ideo processum jam positum est id ipsum, quod notioni causæ finalis inerat propositum, unitas scilicet subjectivi et objectivi, cogitantis et cogitationis, Idea, sensu eminentiori Cogitatio pura.

XII.

Vidimus igitur supra, quomodo Idea sese tamquam Conceptum, tamquam conceptus realitatem atque utriusque demum unitatem determinaverit. Hujusce Ideæ per

⁶⁷⁾ H. W. VI, Enc. Logik, p. 384: Die Objectivität ist so gleichsam nur eine Hülle, unter welcher der Begriff verborgen liegt. Im Endlichen können wir es nicht erleben oder sehen dass der Zweck wahrhaft erreicht wird. Die Vollführung des unendlichen Zwecks ist so nur die Täuschung aufzuheben, als ob er noch nicht vollführe sey.

momenta sua Logica evolutionis hinc recapitulationem quam brevissimam instituere liceat.

Conceptus, quæ talis non est unitas quædam abstracta, quæ discriminibus realitatis opponatur; sed Conceptus ita est eorum, quæ ibi determinata sunt, unitas, ut hæc nihil sibi ipsis evadant, neque sese effectui dare possint, quatenus singularia sibi constantia fieri conentur. Eo Conceptus omnia, quæ ei sunt determinata, continet in forma illius idealis unitatis atque generalitatis, quæ cernitur subjectivitas Conceptus, realitati atque objectivitati comparati. Conceptus in se infinitus est atque totalitas, est enim sui in altero sui unitas. Ut hæc totalitas considerata, continet jam omnia, quorum phænomena realitas præstat, ideoque ad unitatem redigit secum conciliatam. Sed ex altera parte Conceptus ipse adhuc in partis studio hæret, quatenus, etsi in se ipso totalitas sit, non nisi momento unitatis et generalitatis explicationem condonet liberam. Quod quidem partis studium, cum essentiali ipsius Conceptus parum congruat, tollitur a Conceptu, qui se tamquam idealem illam unitatem generalitatemque negans, emittit et rejicit id, quod idem in ideali subjectivitate inclusum tenebat, ejusque realem, sibi constantem, efficit objectivitatem. Ut igitur efficacia sui ipsius Conceptus se ponit tamquam Objectivitatem. Objectivitas, per se considerata ideo, ipsa quoque non est nisi Conceptus realitas. Sed Conceptus ibi ea adest forma, quod, sibi constans, se distinguat et discernat; quod omnia mo-

menta, quorum tamquam subjectiva unitas idealis Conceptus erat, discrimina sua realia habeant. Cum vero jam Conceptu cernatur id, cuius sit, in Objectivitate sibi ipsi realitatem dare, atque, ut adsit, operari; objectivitas quoque, cum conceptus sese tamquam totalitatem, systema, syllogismorum syllogismum ostenderit, non potest, quin ea ipsa itidem totalitatem tantummodo atque systema efficiat, atque adeo conceptum re ipsa reddat. Ideo quoque unitatis idealis, Conceptui congruentis, momenta diversa continentis, est sese etiam intra discriminis realis ambitum restituere. Hæc est potestas Conceptus, quæ de generalitate sua non desperet, neque eandem in dispersa objectivitate perdat, sed, per ipsam realitatem, atque in eadem, hanc suam manifestet unitatem; ideoque in altero sui unitatem suam conservet. Ita demum, eoque solum, conceptus re ipsa vereque est totalitas. Quæ vero sic procedit totalitas Idea est, quæ, qua talis, Verum in se et per se est, conceptus et Objectivitatis perfecta et absoluta unitas. Materiam ejus vel argumentum ideale Conceptus constituit, in determinationibus suis consideratus; reale ejus argumentum idem etiam præbet, semet ipsum sub forma externi cujusdam exhibens; quam quidem formam, in sua idealitate inclusam, suæ potestati subjectam, atque adeo etiam se in eadem tenet et conservat. Idea igitur comprehendi potest ut Objectum simul et Subjectum, tamquam unitas idealitatis et realitatis, finiti et infiniti, ut possibilitas, quæ suam in se habet actualitatem; Veritas ideo est ipsa, quippe quæ

id ipsum edicit et enuntiat, Objectivitatem Conceptui necessario convenire.

In Idea sic absolvitur Logicus illo processus, per quem, e τῶ Esse abstracto egressi, ad τὸ Esse rursus pervenimus; non vero ad idem τὸ Esse abstractum, sed ad τὸ Esse sub forma Ideæ, quod quidem Esse, sic proveniens, Natura est. Ut igitur Veritas Idealismus quasi Ideæ dici potest, sic Vita seu Natura Realismus ejusdem merito dicatur. Veritas quidem, ut ipsa etiam Cogitatio, invisibilis est, Vita autem se adspici patitur ut phantasma fere imaginationis; quæ quidem imaginatio se ipsa movet, objectum suum quærens, legemque veritatis pro principio ponit infinitæ illius productivitatis, qua vis ejus procreatrix tota fere absimitur. Sic igitur Idea, tamquam immediata, Vita est. "Das Leben ist, inquit Hegelius, in der That so wenig ein unbegreifliches, dass wir an demselben vielmehr den Begriff selbst, und näher die als Begriff existirende, unmittelbare Idée vor uns haben" ⁶⁸).

Logica igitur, secundum Hegelium, est puræ Ideæ Scientia, seu Ideæ in elemento Cogitationis abstracto ⁶⁹); regnum est veritatis, qualis hæc in se ipsa sibi ipsi non est velata; mandus denique est essentialium simplicium, ab omni concretionem, sensibus subjecta, liber; ita ut Idea logica eo ipso ab argumento reali se discernat, quod in hoc eæ determinationes, quas Idea in

⁶⁸) H. W., Enc. Log., §. 216.

⁶⁹) H. W., Enc. Log., §. 19.

totalitate atque continuitate sua fluida complectatur, teneantur sibi tamquam in se ipsis determinatis.

XIII.

Exposita sic ab Hegelio doctrina de immanentia methodi logicæ, ratio Metaphysicæ ad scientias, quæ reales dicuntur, accuratius et strictius ac antea fuit determinata. Quod vero ad eam attinet relationem, quæ inter Metaphysicam et Logicam existeret, complures hujus ævi Philosophos eandem percepiisse constat eodem fere modo, ac illos ante Hegelium, ita scilicet ut Logicam a Metaphysica plane distraxerint, illamque ut scientiam tantum Conceptus formalis tractaverint. Hæc ipsa harum scientiarum a se invicem separatione ab iterata, si quidem justa esset veritateque gaudere possent, sequeretur necesse erat, Logicam, haud diutius considerari posse ut momentum quoddam Scientiæ mere rationalis, sed tantummodo ut complexionem quandam intellectus formarum, ad notiones formandas et explicandas idonearum.

Reprehenderant scilicet isti Hegelium, quod in Logica notionem Vitæ explicuit, quemadmodum ibidem, quod ibidem Categorias tractavit Repulsionis et Attractionis, aliasque similes, utpote quibus eam descivisse censuerunt ab orbe cogitationis puræ atque ad intuitus descendisse regionem. Sic Trøndeleberg in libro suo, qui inscribitur "Logische Untersuchungen", hæc fere dixit verba: "Die räumliche Bewegung erscheint noch an andern Stellen der Logik für den, der sie sehen

will deutlich genug. Oder kann man die Repulsion durch die sich das Eins in Viele unterscheidet, und die Attraction, durch die sich das Eins in den Vielen auf sich selbst bezieht, kann man diese Arten der Bewegung, in denen sich nur noch der Gegensatz der Richtung ausgeprägt hat, ohne die allgemeine räumliche Bewegung verstehen? Wenn in der Idée der Process des Lebens dargestellt wird, die Thätigkeit des Subjects, die durch die Glieder durchgeht, die Aneignung einer gegenüberstehenden organischen Natur: so kennen wir den nicht, der diese Vorgänge ohne das Bild der räumlichen Bewegung auch nur ahnden könnte. Diese räumliche Bewegung ist hiernach zunächst die Voraussetzung der voraussetzungslosen Logikⁿ 70). Quamvis vero multa sane his in disquisitionibus insolita quidem et admiranda ingenii sagacitate atque subtilitate sint disputata, principium tamen, quo innitantur omnia, non nisi ut hypothesis quædam, ab experientia tantum excepta, censeri potest. Si vero jam vitæ notionem sensu vitæ solius organicæ explicuisset Hegelius, vel notiones illas Repulsionis et Attractionis, tamquam vim tantummodo materiæ significantes, excusationem quodammodo habere posset accusatio. Sed præterquam quod ipse explicationis logicæ tenor eum non admittat sensum, Hegelius ipse lauculenter et diserte discrimen statuit, quod intercedat inter has Categorías, tamquam pure logicas et ad Naturæ Philosophiam pertinentes.

⁷⁰⁾ Log. Untersuch: p. 29.

Quo nomine de Vita hæc fere commonuit: "Es kann nur etwa zu bemerken seyn inwiefern die Logische Ansicht des Lebens von anderer wissenschaftlicher Ansicht desselben unterschieden ist; jedoch gehört hierher nicht, wie in unphilosophischen Wissenschaften von ihm gehandelt wird, sondern nur wie das Logische Leben als reine Idée von dem Naturleben, das in der Naturphilosophie betrachtet wird, und von dem Leben, insofern es mit dem Geiste in Verbindung steht, zu unterscheiden ist. Das erstere ist das Leben der Natur, das Leben, insofern es in die Aeusserlichkeit des Bestehens hinausgeworfen ist, an der unorganischen Natur seine Bedingung hat, und wie die Momente der Idée eine Mannigfaltigkeit wirklicher Gestaltungen sind. Das Leben in der Idée ist ohne solche Voraussetzungen, welche als Gestalten der Wirklichkeit sind; seine Voraussetzung ist der Begriff, wie er betrachtet worden ist, einerseits als subjectiver, andererseits als Objectiver. In der Natur erscheint das Leben als die höchste Stufe; welche von ihrer Aeusserlichkeit dadurch erreicht wird, dass sie in sich gegangen ist, und sich in der Subjectivität aufhebt. In der Logik ist es das einfache In-sich-seyn, welches in der Idée des Lebens seine ihm wahrhaft entsprechende Aeusserlichkeit erreicht hat; der Begriff der als Subjectiver früher auftritt, ist die seele des Lebens selbst: er ist der Trieb, der sich durch die Objectivität hindurch seine Realität vermittelt. Indem die Natur von ihrer Aeusserlichkeit aus diese Idée erreicht, geht sie hinaus, ihr Ende ist nicht

als ihr Anfang, sondern als ihre Gränze, worin sie sich selbst aufhebt — Ebenso erhalten in der Idée des Lebens die Momente seiner Realität nicht die Gestalt äusserlicher Wirklichkeit, sondern bleiben in die Form des Begriffes eingeschlossen" ⁷¹⁾).

Eandem jam significationem Vitæ, tamquam Categoriæ logicæ tribuit Erdman, qui, quamquam systematis Hegeliani subnixus doctrinis, in Logica tamen tractanda sua ipsius via libere et independentur omnino progressus est.

Ponit etiam Hic, Vitæ evolutionem tribus absolvi processibus. Est scilicet Vita immediata Idææ existentia. Ut existens vero Idea determinato suo fini, sui scilicet secum mediationem esse vel infinitum in se regressum, repugnare nequit; existentia igitur ejus infinitum erit Esse, h. e. sibi-Esse. 'Si vero jam hoc Sibi-Esse in τῶ Sibi-Esse solo sese ostendit, vitæ etiam in pluralitatem quandam abibit viventium. Vita ideo, essentialiter immediata, Vivum est. "Primus jam processus, qui dicitur Articulationis, in eo cernitur quod vivum a se ipso producat, vel quod sese exhibeat tamquam productum producens, se scilicet, ut finem, ad effectum perducit in se, ut materia" ⁷²⁾. Hæc sui ipsius procreatio atque formatio processum nobis præbet articulationis, sine qua nulla dari potest vita. Conceptus vero, ut libere semet sejungendi actus, ulterius eo pro-

⁷¹⁾ H. W., *Wissensch. der Logik* II p. 238.

⁷²⁾ Erdman, *Logik und Metaphysik*, §. 215.

greditur, quod a se secernat objectivum, tamquam totalitatem sibi constantem, pariter atque Vivum, tamquam sese in se negative referens, porroque tamquam singulum immediatum, sibi opponere supponereque necesse, habeat naturam inorganicam, e regione ei obversantem. Processus hic dialecticus, quo objectum, utpote quod in se sit nihili, sese tollit, efficacia est de se ipso certi cujusdam vivi, quod, in hoc adversus naturam inorganicam agente processu, se ipsum sustinet et evolvit, objectivumque reddit. Hic ipse processus Assimilationis est. Quo vero necessitas simul emergit tertii processus, qui quasi prioris omnino fructus considerandus est; quod scilicet ex altera parte Vivum sibi satisfaciat, denuo sese producat; ex altera vero parte, tamquam illius essentia, prodeat seque exhibeat objectum. Latet igitur ibi semen novi processus, quo se vivum producit, dum tamquam sui simile excipit objectum, ubi sua ipsius tantum essentia exposita obvenit, et ipsum ideo pariter in hoc, tamquam simile, excipitur seu assimilatur. Hic exstat processus Reproductionis ⁷³⁾. Cum vero id quod assimilatur, ibi simul assimiletur, hoc processu plane interit singulare immediatum; nihilque superest nisi identica utriusque essentia.

Pleno igitur suo jure Hegelius nobis videtur tamquam Categoriam logicam assumisise Vitam, cui tam latam tribuit sensum ut eadem fundamentum abstractum

⁷³⁾ Idem est hic processus, quem Hegelius dixit processum generis (Gattungsprocess). Vide *Rac. Log.* §. 221.

efficiat tum relationum vitæ naturalium, tum similiarum in mundo mentis obviarum. Vitæ ideo sensus omnino proprius vitæ naturalis tribuendus est; quod enim ad vitam mentis, utpote mentis, attinet, ingenium hujus id est proprium, quod vitæ soli oppositum est; quemadmodum de natura mentis mentionem facimus, etsi mens nihil est naturale sed naturæ potius oppositum. Ubi vero jam de mentis vita mentionem facimus, non nisi figurate loquimur, neque vita, stricte sumpta, ad mentem pertinet; etenim hujus actualitas plus quam vita est; tum enim denique, cum moritur vita immediata singularis, mens oritur atque ratio.



